ut ꝑ ſe ac ſola cõſiſtat ex eodẽ fũdamẽto ad depcationẽ tñſiret.
hi oẽs ſtatus ſic ad unũ depcatiõis cõcurrũt ut & iudicationes ad
iudicatõnẽ: q̃re ut ſiq̄s de cõpoſita iudicatõe q̃rat una ſit an mul
tę: nullus unã reſpõdere dubitet. ſic ſi q̄s intꝛoget: quo ĩ ſtatu uer
ſeẽ uniuerſa oratio in depcatiõe abſq; ulla titubatione: reſpondẽ
dũ eſt. ut. n. rationes & firmamẽta q̄bus iudicatiões cõponũẽ ꝑn
cipalis iudicationis ꝑtes ſũt. ita ſtatus e q̄bus illa fl uũt ꝑncipalis
ſtatus ꝑtis eẽ neceſſe eſt. hic ſtatuũ & iudicationũ cõcurſus ac
cõpoſitõ cũ ad ĩueniẽdũ accõmodate. tũ autẽ ad diſponẽdũ plu
rimũ ualet ſi recte ꝑcipitur. ad grauitatẽ uẽo omnino neceſſaria
quã q nõ q̃rit orator nũq̃ appellabiẽ: niſi forte a rudibus atq; in
doctis. cõfert aũt maxime nõ ad copiã ſed ad iudiciũ. hac. n. uia
penitus cognoſci poteſt: cui inſiſtẽdũ in quo ĩmorandũ ſit q̄d
acrius q̄d remiſſius dicẽdũ. q̄d ꝑ totã cã; ſꝑgẽdũ: q̄d cautiꝰ adhi
bẽdũ aut tãgẽdũ: & ſemel ne an multotiens & ĩ q̄bus locis obte
gẽdũ. q̃cũq;. n. ex has radices ſũt: ꝑſtrĩgẽda & occultãda uideẽ:
ut cũ locũ his recte cognitis ſi dicẽdi copia ex elocutiõis ui rite ac
ceſſerit orator iã erit q hęc uidet & eloquiẽ ſi q̄dem ꝓnũciatione;
quoq; idoneam: ſingulis attribuit ſin minꝰ attamẽ in ſcribendo
priſcis oratoribus conferendus. hęc igitur cauſa ita iudicatione
ac ſtatu coniuncta & multiplex depcationem & ſeorſum actam

Status uniuerse ora
tionis ligariane depre
catio potest sine titubatione
dici

cõſiſtit. n. apud ĩꝑatorẽ & ſperſã ꝑ totã orationẽ habet ut dẽt
ꝑncipalẽ ac fũdamẽtũ & ut ita dicã ſuſtentaculũ omniũ ad ea;
conceſſio antecedit. nã. n. ſtatuũ ſic poſtulat ut in quarto rhe
toricorũ ĩnuimus. ꝑterea cõceſſio ad depcationẽ & miſericor
diã ut plurimũ affert ſi admiſceẽ ſicut añcedit eaꝝ reꝝ fũdamẽ
tũ ẽ. depcationi recriminationẽ cõiunxit eã q̃ ẽ eiuſdẽ crimĩs
& cũ recriminari cępiſſet neceſſe erat ĩpetu oratiõis cętera huiꝰ
cõiũgere: ut re incitatꝰ dicere nõ ſtudio ad ea deſcẽdere uidereẽ.
Coniecturã poſtea cõmodiſſime ĩterſerit quã ab aliĳs ſepauit:
qm̃ ſimulatione ſibi nõ ſubiectione agẽda erat accuſator: ſper
ſit ꝑ totã orationẽ. ita. n. figurata q̃ cã; ſbſtinẽt diſponi debẽt.
hic hꝰ pacto diſtributis tãdẽ repetitis q̃ uel ad iudicẽ ualere poſ
ſent ad depcationẽ cui etiã cõiecturalẽ cõceſſionẽ ĩiecit: ita ſu
mus orator cũctis ĩgenio mirabili artificio ſingulari ĩuentis di
ſpoſitis dictis diuinã hãc oratõe; reddidit exordio uniũſę cãę
penitꝰ accõmodato: narratõe luculẽta uera breuiſſima: ſeiũctõe
cõfirmatõe cõcluſiõe abſolutã exordiĳ genere morato. affecto
uero narratiõis delectu uerborũ & numero pene illuſtri ſche-
matis. recto ac puro. cõfirmatõe uarietate ac uario cõcluſionis.
Illuſtri pulchro. iocũdo q̃ oĩa ſic cõſecutꝰ ẽ: ut nihil addi: aut
minui nihil tñſferri nihil cõmutari nihil aliẽ dici poſſet q̃ dcm̃
ẽ: q̄n illico ul' mediocriẽ ꝑito homini labefactari. rure ſordeſcẽ
uideaẽ oratõ & qđ admirabiliꝰ ẽ. nullũ fere uerbũ poſitũ ẽ qđ
cęteris oĩbꝰ nõ cõueniat. nullũ uanũ aut inane: nullũ qđ uel ãte
cedẽtia nõ reſpiciat uel ſequẽtia nõ ꝓſpiciat: q̃ res maxĩe decla
rat artificio non nã ſola qđ multi falſo arbitrãẽ ꝑclaros orato
res ſcripſiſſe. Nõ dico hęc temere nec ſuplatõe utor. uerũ ex iis
q̃ uideo tãta diuini illiꝰ tã ĩgeniĳ q̃ artis admiratiõe afficior: ut
facile credã plura me atq; maiora fugiſſe. nec tñ q̃cũq; uidi ſcri
pta ſũt. multa ne obſtẽtatiõe ſcribere. multa ꝙ cõiſſima ſũt nõ
nulla põdere ac multitudine reꝝ opꝑſſi reliq̄mꝰ. nulla. n. ferme
oratõ ẽ: q̃ uniũſã artis doctrinã nõ flagitet. q̃re ſi q̄d addi poſ
ſe quiſpiam arbitrabiẽ. ſi grati animi eẽ uoluerit non magis de
trahet ꝙ quicq̃ aut neglexiмus: aut non uidimus q̃ probabit.
ꝙ non ſolum pręcipiendo hęc ſtudia illuſtrauimus: uerum
etiam rem aggreſſi ſumus quam nemo uel e priſcis illis atque

doctiſſimis uiris cū eo multi otio abundarēt:ut īutiles etiā fa-
bulas cōſcriberent:uel latine:uel gręce adoriri uſus ſit. ſequenꝰ
igiꝰ oēs q his humanitatis ſtudiis dediti ſūt:quiqꝫ maioꝝ dicē
di copiā ſimul ad gloriā adipiſci cupiūt hāc certā exqſitāqꝫ di
cēdi uiā:nec aut multitudine aut magnitudine reꝝ detreāꝰ.nec
enī difficile ē īmortalitate dignū op⁹ cōponē ſi qs cū natura ua
leat:q tñ benigniſſime oīb⁹ fere ſe īdit artē ita ſibi habitu facit
īnatā:ut a natura ipa paꝝ diſtare uideaꝰ: qđ ſi cui arduū uideaꝰ
noſtro cōmonit⁹ exēplo īcūbat diligēti⁹. q & ſi multis aduerſę
fortunę caſib⁹ oppſſi huic rei nō tm̄ elaborauim⁹ q̄tū uoluim⁹
& nūc ſi dareꝰ otiū alijs quoqꝫ doctrinis nō nihil cōferre poſſu
mus: qm̄ artificiū ſeqmur:qđ ad cōmunē utilitatē cūctis edi-
dimus. & qcqd unq̄ ſcripſimus. & ſi nō penitus accedere atta-
men nō lōge fortaſſis ab oratoris ui ſi qs ſincere exaīat fide ab
eē uidebiꝰ:qđ ita eē ut facili⁹ ad hāc noſtrā pceptionē oēs iudi
cāꝰ uuico exēplo demōſtrabo. ex agaſone igiꝰ noſtro illđ ſu-
maꝰ quo in aduerſariū cū dedignatione ferꝰ oratio. Veruꝫ hic
loci factus nō poſſuꝫ nō dolere ꝙ in gręciā homo tu omniuꝫ
in gręciā omniū bonarū artiū inuētricē in gręciā deoꝝ olim do
miciliū. Nō Iouis dico & Iunonis: nō ad fabulas refugio:ſed
multorū heroū & ſanctorū uiroꝝ: ſiue uetuſtiſſimos a noſtra
etate cōſideres ſiue nrę.i.uere religiōis cultores:quos numero
plures doctrinis ſubtiliores:religione ſanctiores q̄ ex reliquo
terraꝝ orbe īuenies:in gręciā inquā ſol⁹ tu omniū quo te inſcri
bis noīe digniſſimus in gręciā inueheris. pductio hęc ſpiritus
uaria nimiū oratione nobis cōpoſita ē. uarij enīꝫ affect⁹ ire pci
pue doloris & īdignatiōis cōcurrerūt. turbatiōeꝫ igiꝰ animi ma
gnaꝫ qdē ſꝫ q̄ rationē nō deiiceret oſtēdim⁹. itaqꝫ ſbito irruim⁹
qđ ueritatis & repētinę motiōis ē ꝙ in gręciā tu homo omniū.
nā illđ. uerū hic loci fact⁹. nō eſt pparatio ſed trāſit⁹ in affectū
& auditoris exſuſcitatio pciſio ꝟo ſtatiꝫ in īgreſſu uie ac dele-
gatiōis īeſt:nō ſuſpitiōis. hoc.n. cū ab oratore uerbis notaꝰ. Il-
lud cū abſqꝫ ānotatione ē:ſolet efficere. Repetitiones tres īſūt
breues atqꝫ occultiores. bimēbres.n. fere omnes ſunt. nam &
mora in eodem omnino ſchemate & ſi cōmotū nō tamē turba
tum animū oſtēdit: & uelox ab eodē omnino ad aliud trāſitus

In ui tuperatorem graeciae

affectū q morā flagitat nō exprimit. quare numero tres forma
una repetitio adhibita eſt. pterea magna ineſt uarietas cū prima
tribris ſit ut ſtatī in aditu mora in affectu expmātur mēbra di
gnitatis ppter affectū in pma clauſula clauſulę oppoſitę. qpe
pmas duas peon & epitrit⁹ poſſidēt qđ facit ut mobilitate ui-
uere oratio uideaꝰ. alterę duę q ſequūꝰ minimo numero mem
brorum conſtant:ut cū maiore indignatione pferanꝰ & occul
tiores ſnit. nam ſi quis dixiſſet nō iouis dico nō iunonis nō ad
fabulas acrior qdē eſſet: & tātam indignationē oratio nō oſtē
deret:nec pulchre illud cōſeqretur ſed multorū heroum & ſan
ctorum uirorū qđ cū dignitatis ſit indignationē auget ad acri
moniam uix accōmodaꝰ:ſed uarietas ac mobilitas etiā mēbris
obſeruatur. tres nāqꝫ repetitiones inequales mēbris ſūt. ita īdi-
gnatio et dolor ac turbatio animi non conquieſcit pmo:dein
de ut iam exagitatus animus uariis cogitationibus q̄ uariam
orationē faciebāt. tandem affectū ſuum cōfirmet:ac ſtabiliat
quinqꝫ mēbrē diſtributionē adiūxim⁹ q̄ multitudine mēbroꝝ
indignationi breuitate dolori accōmodatur:et ne nimium exaſ
peret auditoris animū ſimiles caūs & ſimiles exit⁹ leniūt. Redu
plicatio in exitu ponit:q̄ creditur & ppter turbationē animi &
ut breui⁹ ceſſū ultimū relinquaꝰ in gręciā īueheris deficiēte iā
ſpiritu:illđ uero quo cediꝰ mirabile ē. ſolus tu omniū q̄ te īſcri
bis noīe digniſſimus. nā & clementiam aduerſarij oſtēdit ſe ita
inſcripſiſſet & īpetu quodā ire ruit:cū tres pmę dictōnes ut au
ribus melius pcipitur uehemētius exagitent. Illud apprime cō-
ſiderādū:ꝙ ita cōpoſita oratio ē:ut plures ineſſe uideāꝰ exor-
nationes q̄ inſint:qđ factū nobis eſt qa in paucis re plura inice
re non potuimus:q̄re ut & elegātia cōſeruetur & uarietas inſit
& ſpiritus pnūciātis undiqꝫ cogaꝰ:ut cōmoueri uideaꝰ audiētē
cōmoueat:plura q̄ re ſint ſubiiciūt aurib⁹ ſchemata. id ita lauda
m⁹ ut recte qs tā h̄ q̄ illđ fieri cū ſępe multūqꝫ cogitauerit:iudi
care poſſit iā qđ pciſionis ſpēm ſtatiꝫ afferet ꝙ in gręciā hō tu
omnium in exitu tandem abſoluitur. in gręciam inquā ſolus
tu omnium quo te inſcribis nomine digniſſimus. cum uero
e duobus maxime ſoleat: in his commotionibus inuentio
emanare ex perſona eius in quem inuehimur: & eius in quem

Trapezuntius in Ligarianā

peccatū eſt &ſi utrāqꝫ nos tetigimus in altera tn̄ mora fecimꝰ. ad illud enī magis flectēda oratio ē qđ magis mouet: & ſi magnā copiā afferre poteſt nō omnia dicenda ſed potiora .nec.n. minoris artificij putādū ſi uideas qd ſit relinquēdū q̃ ſi īuenias qd ſit dicēdū: uerū de his hactenus. non enī ut omnia diceremꝰ hęc adiuūgere uoluimꝰ: ſꝫ ut p̄ceptiōe noſtra poſſe recta ratōe ad ueteꝝ dicēdi copiam ꝓuenire: ſtudioſos admoneremꝰ. & ne quis eorū nos ſimiles putaret qui dicūt ſumite a me ſed eoruꝫ exēplū aliunde petam: quicqꝫ cū aceruos ſe habere quos uendāt tritici p̄dicent. nō poſſunt pugno habere exēplū: qđ oſtēdant qđ turpiſſimū eē dicenti Cicero ad herenniuꝫ teſtat̃. hęc mi pať G. trapezuntius alūnus tuꝰ tibi ad utilitatē cōmunē petēti ſcripſi. Quare ut qđ cupis multi hinc ꝓficere poſſint ſi utile opus iudicabis tuū erit ī luce q̃ ꝑmū ędere. ego etſi rhetoricis noſtris & hoc opuſculo ſatis p̄ſentibus ac poſteris te auctore feciſſe me arbitror: tamē & cōſcribere nō grauabor niſi obtrectatoruꝫ īuidia omni fructu laboris ꝑuatꝰ infoecūdū hūc mihi agruꝫ: ut ſteriles atqꝫ aſperos montes agricola deſeram. Verum illud nō omnino negligam qđ adoleſcentuli maxime quęrūt orationem hāc ingraui figura uerſari. multa nāqꝫ ſūt acerrima. nihil deiectū hūile. grandia fere oīa elata rebꝰ uerbis clauſulis. & qđ ſemper maximum iudicauimus compoſitione. Exordium. tamen & narratio ita mediocria ſūt: ut ſermoni propīquiora ſint q̃ ſublimi figurę. ſed ex maiore parte denominandum: grauiſſima uero eſſe cuncta q̄ Cicero compoſuit nullus modo cōſilio negabit. Nam etiam ſi ſermonem occupes modo hic loco ac ut oportet facias grauiſſimus eris orator. Illud prȩterea non p̄termittendum omnia dicendi genera late patere. Ideoqꝫ in omni genere infimum mediocre grande inueniri: multumqꝫ intereſſe inter eos dicēdi characteres: quas figuras appellamus: & cęteras orationis formas. Sic enim late figurę patent: ut omnia complectantur: ut ſingulę ſingula ſuſcipiant. Itaqꝫ in mediocri figura uerbi cauſa acre genꝰ acrius atqꝫ acerrimum inueniri poteſt: accōmodatiora tamen aliis alia eſſe nō negamus.

FINIS

¶Antonij Luſchi Vicentini oratoris clariſſimi Inquiſitio
ſup.xi.orationes Ciceronis ad fratrem ſuum optimum : atqꝫ
chariſſimum Aſtolfinum de marinonibus.

PREFATIO

MAgna res eſt eloquentia frater inſignis atqꝫ
optime :maiorqꝫ profecto q̃ illorum capere
ingenia poſſint qui ſecus exiſtimant : qui
facilem quandam dicendi copiam a natura
ꝑfectam:uľ exercitio compatam nulla arte
contineri putāt:nec deſiderare aliquam ſin
gularem ingenij facultatem elegantiamqꝫ doctrinę:in qua opi
nione fuiſſe nonnullos: & antiquos legimus . Et ſunt bodie
forte multi:quoꝝ boc maxime loco refutādus eſt error:ne cū
ij nullam ſe artem in dicendo contendant.nr̃a bęc artis inqui
ſitio:uľ uana ꝑꝑſus uľ inutilis uideatur. Atqꝫ īp̄mis q̃tum ab
antiquis oratoribus teneo:& aſſequi cōiectura poſſum.unde
error iſte manauerit explicandum eſt.et enim cum fuerint bo
mines excedētes īgenio naturę:ui q̃dam ſine ullo artificio cō
ſecuti:ut ornate & copioſe quę uellent eloquerent̃ : quod elo
quentię proprium : eſt qualeꝫ dicebat buius defenſorem ſnīę
Menedemꝰ Antonium quē inter principes romanę eloquētię
floruiſſe cōſtat. Et cum artis ſcriptores ij quos rbetoricos uo
cant cognoſcerent̃ parum in dicendo ualuiſſe:facile a multis
eſt iudicatum:nullam eam ꝑꝑſus eſſe artem cuius exꝑtes ma
gni quidam oratores extiterint. abundantes uero & pręcepto
res nec mediocriter q̄dem diſte eſſe potuerūt:bicqꝫ ducti ſūt
Menedemus et liſias:ut putarent eloquentiā nē eſſe non artis.
qď uideliꝫ omnibus bominibus ēt īpitis:ac barbaris a natura
id inſitum ītelligerentqꝫ in ſe hr̄e compta:atqꝫ artificioſa di
ceret̃ oratio. Conciliare in primis:& blandiendo allicē eorum
animos a quibus aliquid impetrandum foret,narrare. Poſtea
argumentis īſtare:& refutare contraria. Poſtremo concludere
& depręcari quod in epilogis maxime facit orator. Traxit in
bāc quoqꝫ ſententiam menedemum Cleantem:atqꝫ alios īpīꝰ
artis deſcripta uis:& ius uocabuli limitatum . Cum dicerent

artem eſſe ab opinione & uarietate ſeiunctã:non diſcrepãte;
a certitudĩe rõnũ:ex multis reb⁹ diffinitis & cognitis ad opus
aliquid cõſtitutã. In dicẽdo uõ oĩa eſſe incerta & dubia: neq;
qđ incertis artibus cõſpiciat̃ in ptãte conſiſtere artificis certũ
finem. Cũ ſępe orator falſis aſſentiat: ſępe qđ ꝓmiſerit ipſe
nõ ĩpleat. Addũt enĩ cuiuſlibet artificis ꝓprium eſſe cũ ſuu;
attigerit finẽ ſcire: id uero eloquẽtiam ignorare. Nõnulli autẽ
cũ huic dicendi ſtudio nullam certa; putarent ſbiacẽ mãm q̃
ſingulis ſit artibus attributa iudicauerint nulla arte eloquẽtiã
contineri: ꝑſertĩ uõ cũ ante liſiam & Coracem & gorgiã ſicu
los ꝑmos (ut dicunt artis autores) pleriq; ꝓhibeant̃ ſiñ ullis ꝑ
ceptis in dicẽdo ingenia exercuiſſe: ut orõ oĩs nequaq̃ uideat̃
ab arte eſſe ꝑfecta q̃ ante artes inuẽta cõſtiterit. Nec ſatis eſt
huic pulcherrimę atq; ampliſſimę facultati titulũ ſciẽtię: atq;
eripere quem magni quoq; philoſophi: & in ꝑmis Ariſtoteles
libris quos de rõne dicendi ediderãt inſcripſerũt: libroſq; ap
pellauerũt de arte rethorica. Non ſatis eſt inquã titulum hũc
quẽ philoſophi dant auferre: niſi inſup eloquentiam cõuicio
ꝓſequant̃: & dicant eã abũdare mẽdaciis oppugnare ſe ipa;:
& plerũq; opus quod fecit euertere. Ideoq; artẽ eã uocãt quę
ſolu; uera recipiat ſibi ipſa cõſentiat: quodq; ſemel effecerit
ꝑpetua rõe tueat̃ ſuere q nomẽ artis ab eloquẽtia ſbtrahẽtes
honeſtius eã in uirtutum numero collocarẽt qđ. M. Neſarcũ
feciſſe apud Ciceronem in oratore teſtat̃ Antonius. Sunt ꝑtę
rea multa in hãc ſnĩam uana: atq; puerilia: neq; digna quę ma
gnoꝑe refellãtur. Quib⁹ omiſſis his quę ſupra ꝓ cõtraria opi
nione collecta ſũt ſuo ordine rñdẽdũ eſt. fuiſſe ſiquidẽ cõce
do nonnullos quibus ĩgeniĳ tãta uis affuit: & ad orãdum tam
prompta ac pene diuinitus ĩfuſa nã: ut magnã gloria; in dicẽ
do nulla arte: ſed ſola freti exercitatõe: & ingenio cõſequi po-
tuerunt. Cõtra non nego multos in arte ꝑſtantes quos naturę
uis illa deſtituit nullam dicendi elegantiã cõſecutos. Sed ue-
lim aliquis hac mihi in ꝑte reſpondeat: an uerisſimile ſit eos
illos incõꝑabiliter futuros fuiſſe maiores: ſi artẽ ad nã; adiũ-
gere uoluiſſent. ſi illos motus ingeniĳ a nã datos duce arte ac

mgr̃a dirigere ſtuduiſſent: ſi deniq; copiã eã dicẽdi ex uſu q̃
tidiano redũdãtem conformaſſent excoluiſſentq; doctrina.
Nam eos q ſola arte laborarũt nullum elegãs genus orationis
attigiſſe nõ miror. Non ꝓpterea tamen artem oĩo ab oratione
ſegregandam puto: qm̃ ita ualet ars plurimũ ſi ad dicendum
apte fuerit adiuncta naturę. Alioqn ſeſe habenti rhetoris fa-
mam dabit oratoris dare non poterit. Nã uero ita demum pa
rit atq; efficit illã ornatam: atq; uberem illã uere magnificam
atq; mirabilẽ in dicendo facultatem: quã nos eloquẽtiã appel
lamus cũ fuerit ꝑſidio artis adiũcta: ſine qua in multã laude;
forte perueniret: & ſpẽm oratoris exibebit: ſed ꝑfecto eã quę
in uero oratore q̃ritur excellentiam nõ attinget. deniq; ſic ha
beto eloquẽtiam maximam ſine arte eſſe nõ poſſe: ſine natu-
ra nullã ꝓrſus exiſtere: uerisſimũq; illud eẽ quod ab eloquen
tiſſimis uiris eſt traditum: tria reddere oratore; cõſummatũ:
atq; ꝑfectũ. Ingenium exercitium & doctrinam. Quod uõ de
cõi hominũ locutionis ĩſtinctu argumẽtant̃ Menedem⁹ & Li
ſyas facile concedendũ putarem ſi quotidiani ſmonis conſue
tudinem nihil differre ab eloquẽtia iudicarẽ. Neque enĩ nego
ꝙ Ariſtoteles confitet̃ omnes quodãmõ ꝑticipare rhetorica:
& oĩs uſq; ad aliquid exquirere: & ſuſtinere ſermonem & de
fendere & accuſare conari. Sed altior res eſt eloquẽtia: & a uul
gari ſmone remotior: quę licet plerumq; in ambiguis cõmuni
buſq; uerſet̃: ea tñ proprio quodã ac certo ĩſtituto cõtinetur:
ſuis temꝑatur legibus: ſuo fine dirigit̃ quẽ ſemp attinget cu;
uoluerit orator. Nam bene ad ꝑſuadendum dicere ſemp põt
qui finis eſt ſuus. Non ignorabit ſe bene dixiſſe cu; dixerit:
neq; ita falſa recipiet ut ea pro ueris amplectat̃. Sed ut uerisſi-
milia faciat audienti: quę omnia artis eſſe etiam mediocriter
doctus intelliget. his uero qui nullã eloquentię attributa; ma-
teriam opinantur tm̃ abeſt: ut aſſentiar: ut eam prę cęteris ar-
tibus uberiore: atq; ampliore uti poſſe materia non negandu;
putem. Nam etiam ſi quis eam generibus ſolum his addixe-
rit q̃ ſibi nemo unq̃ eſt conat⁹ eripere & laudandis uitupãdis
quę rebus dicendę ſnĩę: & forenſibus cauſis aſtrinxerit: &

in ſenatu foro ue conduxerit materię cõcedat ſatis. Ad mlto
plus largieť is ꝗ profeſſum eloquẽtiam eſtimabit quacũqꝫ de
re poſſe ornate & copioſe dicere: idqꝫ ad oratoris infinitũ q̃ſi
officium ꝑtinere. Et profecto nihil eſt uel a philoſophia ĩuen-
tum: uel ab aliqua alia arte tractatum. deniqꝫ tam alicui ꝓpꝛiũ
diſciplinę in quo non poſſit orator ſub quodam iure uerſari.
Nam quid tã humile: tam obſcurũ: tam a natura recõditum
quod ornatu & grauis erigere: & in lucem trahere atqꝫ illuſtra
ri non poſſit orator. Quare nullo mõ dici poteſt non eſſe pecu
liarem mãm oratori: ꝗ etiã cęterarum quęcũqꝫ ſit arciũ facere
poſſit ſuam. Eos uero ꝗ ante p̃ma illa p̃cepta doctrinę: uel in
populo: uel in foro dixerĩt: ut non negauerĩt aliquid potuiſſe
propter ingenij uim fortaſſis: ne ita nequaq̃ conceſſerĩ munus
oratorium ĩpleuiſſe: & ſi aliquãdo uti mendacio uideatur elo
quẽtia non eſt ut Quintilianus ait. Turpe tamẽ ex bona rõne
proficiſcitur ideoqꝫ nec uicium. Nam & mẽdacium dicere: ẽt
ſapienti aliq̃n conceſſum eſt. Bonaꝝ aũt rõnum plena ſit elo-
quentia. oportetqꝫ ſolius oratoris eẽ ꝓpꝛia. Non eſt autẽ orator
niſi ſit idem bonus. nec ĩpa ſe oppugnat: ſed pugnãtes inter ſe
cauſas ſecũ ipſa compoſita tueť & ꝓtegit. ſic ars ſuprema mi
litię duobus plerũqꝫ contrarijs ducibus una eſt ſic aduerſarijs
gladiatoribus eadẽ eſt gladiatoria diſciplina. Sic gubernatori
bus nauali pugna certantibus una erit ars nautica. Nec quod
fecit eloquẽtia opus euertit. Eſt eiꝫ hꝰ tertiũ qđ cũ contumelia
obiectũ erat. Nã (ut ait Quĩtilianus) poſitũ a ſe argumentum
non ſoluit orator. ſoluit forte contrarius non eſt tñ ꝙ ea quę
utrũqꝫ inſtruit doctrina dicẽdi ſuũ opus tollere uideať. Nam
utrũqꝫ ſuũ eſt: aut cõfirmet aut diluat. Reſtat nunc ut Neſar
co rñdeã a quo uirtus quedam nõ ars eloquẽtia eſt appellata:
atqꝫ ut oĩs ip̃ ius q̃ eſt apud Ciceronem ab Antonio ĩ oratore
relata. ſpinoſa ꝗdem & ex illis orõ reliquať: qua ꝓbare uoluit
oratorem eſſe ſapientem. Cum eo teneamus eloquẽtiam eſſe
uirtutem. ſed ſic tamen ut ars eſſe non deſinat. nam & ſi ple-
rę qꝫ ſint artes quę ſtare cum uirtute non poſſint. multę ſunt
tamen quas uirtus amplectitur: atque ex illis multo reſultat

ornatior inter quas meo iudicio p̃mum eloquẽtia locũ teneť:
et enĩ cũ in his rebus potiſſimũ uirtus ſit: in ꝗbus hoĩes cęteri
animalibus añcellũt. unde fit ut ponamꝰ in rõne uirtutem: cur
nõ hęc eadẽ erit in orõe: ꝑ quã etiaꝫ multa aĩalia ſuꝑamus. Et
ſi ad omnes uirtutes q̃ſi ſemina quędaꝫ: atqꝫ p̃ncipia dedit nã
naſcẽtibus: q̃ nulla põt extinguere: ac penitus extirpare mali-
cia. Nam & in barbaris & in omni prauitate corruptis hoĩbus
appꝑent aliquando q̃dam q̃ſi ſimulacra uirtutũ: ut ĩpugnanti
ſicario fortitudinis ſimilitudo. Et in turba larronũ ac pirataꝝ
ꝗ quidẽ unq̃ rapuerũt inter ſe eq̃liter partiũtur imago iuſticię.
Si inq̃ ad uirtutes oĩs a nã mortalibus initia data ſunt: & no
bis nõnullã facultatem: ac ſtimulos ad orãdum ꝓ bonis cõtra
ĩprobos. quidã nãles aĩ motus p̃ſtant quos ut ꝑfecte id poſſi
mus ars ꝑficit ꝓfecto uirtus erit eloquẽtia: ex qua excellens at
que ꝑfecta manet orõ. Deniqꝫ ſi ſunt idẽ orator: & eloquens.
orator aũt eſt uir bonus cũ rõe dicendi: cõſequens fit ut ſit elo
quẽs etiã bonus. Erit ergo q̃ talẽ eũ facit eloquentia cuꝫ uirtu-
te. Nã in hoĩe ĩprobo eſſe poterit deſerta loquacitas: & ſępe ꝑ
nicioſa rei. p. eloquẽtia eſſe non poterit. Quare dubitandum
eſt eã nemini uel uirtutẽ eẽ ulˀ ſine uirtute eẽ nõ poſſe. Ea itaqꝫ
ꝙ dicebã incipiẽs magna res eſt cuiꝰ ſiquidem magnitudinis
argumẽtũ capit hic Cicero ꝙ oĩbus eã ſeculis rari. Seneca uõ
ꝙ integrã cõſecuti ſunt nulli. Magnũ utrũqꝫ magnę cuiuſdaꝫ
ac pene diuinę facultatis iudiciũ a duobꝰ illis nõ magnis mõ
ſed maximis hominibꝰ obſeruatũ. Et ꝓfecto ſic eſt ut ait Se
neca. magna & uaria res eſt eloquẽtia: neqꝫ adhuc ulli ſe ſic in
dulſit ut tota cõtingeret. ſatis felix eſt ꝗ in aliqua eius ꝑte re
ceptus eſt: nec minꝰ ꝙ ait Cicero ueꝝ eſt qui tãte optimorum
oratoꝝ in oĩbus etatibus ac gentibꝰ raritatis: cũ in cęteris arti-
bus multi magni excellẽteſqꝫ fuiſſent: ueriſſimã cãm conatus
elicere. Maiꝰ eſt inquit hoc ꝗdam q̃ qđ hoĩes opinãtur: & plu
ribus ex artibus ſtudiiſqꝫ collectũ. Quid enĩ qs aliud in maxi
ma diſcẽtiũ multitudĩe ampliſſimis eloquẽtię ꝓpoſitis p̃mis
eẽ putent: niſi rei quãdã incredibilẽ magnitudinẽ ac difficul-
tatem. At mea ſnĩa & (ut opinor) omniũ ſi quis ulla etatę ulla

in gente fuit unq̃:qui hoc quo rariſſimi cõſcenderunt oratori
um culmẽ attigerit. Cicero illę fuit cuius ſplẽdor eloquii tuꝫ
in oĩbus grauibus philoſophię locis emineat:de diis:de fato:
de diuinatõe:de mundo : de legibus:de re.p. de ſenectute:de
morte de dolore corporis:de egritudine mentis:de ꝑturbatio-
nibus animi:de beata uita:de finibus bonoꝝ & maloꝝ:de pro
bationibus ſtoicoꝝ more ſentẽtijs:de amicicia:de cõſolatõe:
de laudãda philoſophia:de oĩ genere officioꝝ:de ratione dicẽ
di tum inq̃ eloqnẽtię ſuę ſplendor his locis effulgeat. In ora-
tionibus mirum in modũ irradiat ꝓrſus ac fulgurat. Nam in
illis ſatis duxit oñdere q̃ ꝗuis eẽt ornatꝰ qꝫ philoſophus. Qua
in re tam exũdanti nõ fuit opus eloquio. In his uõ cęteriſque
in locis ſimili rõne tractatis ut ĩuectiuis uerinis:atqꝫ philippi-
cis patefecit q̃tus q̃qꝫ mirabilis eſſet orator. In quo genere cuꝫ
fuerint ſibi hoĩnũ aĩ uel ad irã ad miſericordiã cõmouendi :
qđ eloquẽtię munꝰ eſt maximũ totis neruis ingenijoĩbus ar-
tibus uſus eſt uiribus. Itaqꝫ nihil eſt his oratoriis operibus ele
gantius nihil uberius:nihil ornatius & ꝓ̄ſertim illis oratõnibꝰ
quas in uarijs cauſis:atqꝫ temporibus egit:ut reꝝ cauſaꝝqꝫ ipſa
uarietas non nihil ornamẽti uideatur afferre. de q̃bus optime
frater cum ſępius incidiſſet ut loqueremur(ut ſolemꝰ pleꝝqꝫ)
de doctiſſimoꝝ hominum ſtudiis deqꝫ oĩ genere litteraꝝ loq
legẽteſqꝫ nõnunq̃: & artem quę in eis eſt accutiſſima & copiã
& legantiã miremur pluries elegiſſe te memini:ut qđ occultiꝰ
eẽt artis in ipſis ĩquirerem planeqꝫ detegerẽ. Nec enĩ dignum
eſſe dicebas in re tã artificioſa locum aliquem artis ĩcognituꝫ
pręterire. Eos aũt ſępe altius latere q̃ ut ab homine licet docto
inter legẽdum notari poſſent atque deꝑhendi. & cęrte ſic eſt.
Nã id maxĩe artis:ẽt artẽ nõ oñtare dicendo ſed tegere. Itaqꝫ
(ut dici ſolet)laborioſam mihi prouinciã cõmiſiſti. Eſt eĩ eas
res inueſtigare difficile quas qui ĩuenit laborauit abſcõdere.
Sed gerendus fuit mos uoluntati tuę:fuit & tuis ſuaſionibus
obſequendum:tibi deniqꝫ nihil negandum:cum quo amicitię
iure quã ſũme ambo cum auiditate contraximus:omnia mea
debent eſſe communia uel ingenij ſint bñficia uł fortunę. Sed

ne prohemio tm̃ quantũ opi concedamus in qꝫ eo peccemꝰ:dũ
de oratoria arte ꝑquirimꝰ qđ ab oratoria arte ſcimus eẽ dam-
natũ. finẽ faciã ſi ſeriẽ prius opis ſequẽtis oñdero. Primo ſi q
dẽ loco argumẽtũ ſingulę oratõis eſt poĩtum in quo breuiter
tota cã cõprehendit̃. Secũdo cauſę genus inq̃ro qđ uniũſalius
eſt q̃ ſtatus. Tertio nãm ipſius ſtatus ſeu cõſtitutõis cauſę diſ
cutio. Et ita ꝓ̄us cognito gñali qđ ꝑticularıꝰ eſt hẽt̃. Eſt eĩ iſta
ꝓ̄ſtantior:& naturę magis accõmodata cognitõ. Quarto ora
tionis diſpoĩtõ inueſtigat̃ ex q̃ ꝑtiũ or̃onis ordo:& numerus
cognoſcunt̃. Quinto ſingulę orationis ꝑtes ut ex arte cõfectę
ſunt q̃qꝫ ſuo loco apiunt̃:& argumẽta & loci in cõfirmationi-
bus:& cõfutatõibus oñdunt̃. Sexto de elocutione tractat̃ q̃ ẽ
una ꝑs artis quo loco exornationes quęcunqꝫ ſe mihi legenti
ſemel obtulerũt aſſignant̃:neqꝫ eĩ dicẽ auſim oĩs collegiſſe.
Sunt eĩꝫ pene ĩfinitę :uixqꝫ locus aliq̃s uacat exornatõe. & rele
gens aliq̃n cognoui aliquas eẽ ꝓ̄teritas. Et enĩ fieri uix põt ali
ter. Nam in re nõ ualde utili diligẽtia opus eſt maxĩa quam ĩ
tenti maioribus ꝓ̄ſtare non poſſunt. Ex oĩ ſiq̃dem arte hˀ unũ
eſt inueſtigatu faſtidioſum :nec multũ cognitu fructuoſum.
ibi enĩ potiſſimũ acuendę ſunt curę ubi cõflictatõ fit locoꝝ.
Tantũ tamẽ exornationũ indagini ĩpenſum eſt:ut meo iudi-
cio ut pauca fruſtraſſe oculos uideant̃. Veꝝ qꝫ exornationibꝰ
oratoꝝ ſcemata tropiqꝫ cõueniunt:alięqꝫ figurę quas grãmati
ci deſcripſerunt cui exornationi qđ ſcema q tropus quę figu
ra cõueniat nõ omittẽdũ duxi : ſed ſemel oñdiſſe cõtentus nõ
quotiẽs de ſimili exornatõe fit mẽtio. fuiſſet enĩ hˀ opus ĩutile
& uanus labor.

¶Argumentum orationis Pompeianę.

Icero creatus ꝓ̄tor Romanꝰ duo ꝑſuadere nitit̃ populo
romano ſeu q̃ritibus apud quos nũc ꝓ̄mũ uidetur orãdi
locũ atqꝫ aditũ huiſſe:ut ipſe teſtat̃. cuꝫ reliquũ añ actũ tẽpus
uitę cõſũpſerit in ꝓ̄uatis cauſis:& amicis defendẽdis. Sꝫ mõ
in hac ppłi & totius rei.p. cã ĩtẽdit duo. ꝓ̄mũ ut ſuſcipiat bel-
lum contra Mitridatem & Tigranem reges. Cum Mitridateſ
hoſtis ppłi.ro. legatum romanum excruciatum ĩterfecerit : &

per totam Aſyam mercatores: & ciues Romanos interfici iuſ
ſerit qui Mitridates cuꝫ fuerit a.L. Lucullo imperatore roma
no pulſus e regno ſeſe contulit ad Tigranem regem: & ipſius
fauoribus nationumque aliarum recuperauit regnum: & exer-
citum.L. Luculli ad ultimum trucidauit. Et exinde uideātur
hi reges totam Aſiam uelle.p.r.prouinciam occupare ex pul-
ſo iam Ario barȥanę rege ſocio & amico.p.r.& ſic ſummum
afferant rei.p.detrimentum ſuadet egregie Cicero:ut regibus
illis bellum accuratiſſime inferatur. ſecūdū qđ nititur perſua
dere eſt ut ſcilicet.GN.Pompeius illi bello cum ſummo im-
perio preficiatur contra ſententiam.Q.catulli & .Q.hortenſii
qui negabant ad unum.Pom.deferri debere uniuerſam belli
huius curam & adminiſtrationem: & negabant dari debere le
gatum.L.Gabinium. Pom. ipſum ſpecialiter poſtulanti.qui
Gabinus inuitis catullo & hortenſio legem ante Gabinam ꝓ
mulgarat:qua lege Pompeius profectus fuerat bello piratico
unde famoſam illam uictoriam reportaret contra horum ſen-
tentias Cicero mirabiliter perorat magnū Pompeium non hu-
manis: ſed diuinis laudibus extollēdo: & nomē ſuum a rebus
quattuor imperatori neceſſariis commendando. Scīa uidelicꝫ
rei militaris; uirtute, auctoritate, felicitate, quas res ſummas eē
in.Pom.demonſtrat: & arguit etiam pro gabino ut detur lega
tus Pompeio. & exquiſitis rationibus diuina pene ac cęleſti
eloquentia contraria argumenta confutat.

¶ Genus cauſę in quo hęc habetur oratio

HAec orō eſt notabiliter in duobus cauſę generibus con
ſtituta. Deliberatīo.ſ.& demonſtatīo . deliberatiuuꝫ eſt
quia cu m in conſultatione .p.r.poītum uideatur an ſit belluꝫ
illud Aſiaticum ſuſcipiendum an non . Cicero partem in hac
oratione unam uidelicet affirmatiuam nititur perſuadere. De
monſtratiuum eſt in ea generis huius ſpecię :quę in laude uer
ſatur.quia Cicero Gneum Pompeium ſummis ornat laudibꝰ
ut illi bello potiſſimum pręficiatur imperator.

¶ Conſtitutio cauſę in qua hęc habetur oratio

QVerunt qui conſtitutionem in huiuſmodi cauſis non q̄

rendam exiſtimarent opinanti conſtitutionem ad iudiciales
tantum materias pertinere. unde autem in hunc erroreꝫ incidē
potuerunt miror cum omnium probatiſſimorum rhetoricorū
hanc rerum opinionem impugnet auctoritas :in quibus Mar-
cianus Quintilianus & Cicero & cum pręſertim contra eos
adeo manifeſta ſit ratio:ut qui eam non uiderit : non errantes
modo ſed ceci eſſe uideantur. Nemo etenim eorum dubitat
deliberatiuum & demonſtratiuum genus cauſam continere:
& pleraſqꝫ cauſas deliberatiuas & demōſtratiuas appellari. Si
ergo huiuſmodi ipſis etiam fatentibus cauſę ſunt : neqꝫ his
ullam tribuunt conſtitutionē:oportet ut ſine ſtatu ſint cauſę
ſine quo cauſa eſſe non poteſt. Sed hęc fortaſſis ita eſſe puta-
uerunt ꝙ intellexerunt Ciceronem in arte noua conſtitutōes :
& partes conſtitutionum ſolum exemplificauiſſe ſub genere
iudiciali. demonſtratiuum uero & deliberatiuum ſine cōſtitu
tionū mentione tractaſſe. fecit id autem non ꝙ ea duo genera
non hr̄e ſub ipſis putaret: ſed ꝙ cōſtitutionum exempla iam
poſita: & reiterare ſꝫ illis generibus ſuperfluum iudicaret. Cū
dicat in ueteri harum aliquam in om̄e cauſę genus īcidere ne-
ceſſe eſſe. Et parum īfra arguens coñ Hermagoram opinantē
demonſtratiuam ac deliberatiuam ſub conſtitutione generis
partes eſſe dicit: ac deliberatiua cauſa ſimul ex eadem parte
eodem in genere: & coniecturalem & generalem & diffiniti-
uam & tranſlatiuam ſolet habere conſtitutionem: & unam ali
quando: & plures nonnunquam. Ergo ipſa ⁊c. & immediate
ſubiungit. idem in demonſtratiuo ſolet uſu uenire ⁊c. Dicen-
dum igitur in quolibet genere cauſarum conſtitutionē cauſę
reperiri. Cum eni facti controuerſia in oīa tpa conferatur pn̄s
pręteritum & futurum. Nam ut Cicero īquit in ueteri . Quid
factum ſit poteſt quęri hoc modo. occiderit ne Aiacem ulixes
& quid fiat hꝫ modo. Bono ne animo ſint erga rem .p. fragel-
lani? Et qđ futuꝝ ſit hꝫ mō . Si carthaginē reliq̄rimꝰ īcolumē:
nūq̄d ſit incōmodi ad rem.p. ꝓuētuꝝ. Planū ē ꝙ in his tribus
q̄ſtionibus triplex cōiectura ē: quaꝝ illa q̄ ꝑteritū tp̄s reſpicit
cadit ſꝫ gn̄e iudiciali. Nā ſcire debemꝰ ut uictorinꝰ ꝯmētator

iuridiciali

ait nullam rem in iudiciũ.i.genus iudiciale cadere poſſe niſi
de ꝑteritis.Quę uero reſpicit tps pñs cadit ſb gñe demõſtrati
uo.In hꝰ eı; thematę(ut idẽ uictorinꝰ ait)demõſtratõ cõtinet̃.
Nam deſcribendi nobis ſunt fregeliani qui ſemp uidebant̃
aduerſi.Altera aũt q̃ reſpicit tps futuꝝ cadit ſb genere delibe/
ratiuo.Nam deliberat ſenatꝰ an carthagini ſit parcẽdũ.Mani
feſtum igit̃ ut cõſtitutio cõiecturalis ſb oĩ genere inueniat̃.Et
Cicero ĩ philippicis ĩ cã deliberatiua:& cõſtitutõe diffinitiua
oı̃onẽ habuit coñ dicẽtes bellũ qd̃ gerebat̃ a Marco Antonio
coñ rem.p.tumultũ eſſe non bellũ. Oñdit enĩ qd ſit tumultꝰ
qd bellũ.nec nõ idem in philippicis in genere deliberatiuo:&
ſimul in iudiciali cõſtitutõe uerſatus eſt.ſeu legitima ex ſnĩa
& ſcripto cũ ꝓbare niteret̃ ſtatuã debitã Seruio ſulpicio q le/
gatus miſſus ad Antoniũ obiſſet in legatõe.Erat enĩ lex quę
legatis ferro interemptis ſtatuã decernebat.Volebat aũt Cice
ro decerni hũc honorem Seruio ſulpitio quẽ nõ ferꝝ ſed lega
tõis labor occiderat.Et Quĩtilianꝰ libro ʒ° oratorię ĩſtitutõnis
capitulo de laude:& uitupatiõe teſtat̃.G.Ceſarẽ uituperando
Catonem in genere demõſtratiuo:tribus cõſtitutionibꝰ uſuꝫ
eſſe:ut Cicero ipę notauerit.Sed cũ in deliberatiuo & demõ
ſtratiuo generibus locus nõ ſit accuſatori & defenſori quem
admodũ in iudiciali.Quis dicat̃ ĩtẽdere:quis depellere uidea.
mus.in deliberatiuo eĩ genere diſſuaſor partes accuſatoris ui
detur eſſe ipe(ut ait Marcianus)Nam q inhoneſtũ uel utile id
qd̃ diſſuadet oportet qd̃ certo ipm uidet̃ accuſare negocium.
Perſuaſor uero ꝑtes accipit defenſoris:& negotij tractatũ q̃li
bet obitione coñrietatis abſoluit.Ex quo diſſuaſor ĩtẽdẽ per
ſuaſor depellere memorandi ꝛc.In demonſtratiuo uero lauda/
tor uicem defenſoris:uituperator accuſatoris uidetur habere
atqui ita illius depulſio huius propria uidetur intentio.his uõ
ita declaratis de ſtatu:ſeu conſtitutione dicendum in quo ſeu
in q̃ ẽ hęc oı̃o cõſtituta.Et ꝓ ꝑ ut eſt in gñe deliberatio:deĩde
q̃tũ ſpectat ad demõſtratiuũ conſtitutões cauſę apiamus.ſuñ
itaqꝫ primo hic cõſtitutõ cauſę eẽ cõiecturalis:cum deliberare
de euẽtu uideat̃:& docẽ omiſſo atqꝫ neglecto hꝰ Mitridatico

C. Cæsar

Pulchru hoc

De Constitutione siue statu huius causæ

accipe

Pompeiana

bello quantum incõmodum ſit ad rem.p.ꝑuentuꝝ.Et deĩde
cũ oı̃onem ꝓſequit̃ in laudem Pompei magnã affert futurę
uictorię cõiecturã:ſi Pompeio cõmiſſũ fuerit hꝰ bellũ:ut con
iecturalis cõſtitutõ nõ ĩmerito poſſit appellari q̃tuꝫ hꝰ genꝰ põt
❡ Qũo & quę partes rhetoricę in hac pñt oı̃one cõſiderari.

INuentio ꝓ ͥ͛ qualis ſit:Si quis oı̃oem totã bene cõſide/
ret clare uidebit & ĩtelliget ipam elegãter in oı̃onis par/
tibus cõſũmatã.memorię rõ non uenit hic cõſiderãda:ꝗꝛ ipa
pertinet ad orationẽ debentem uiua uoce ꝓferri.Pronũtiatio
ſimiliter nõ conſiderat̃ hic quę ad uocem uiuã ꝑtinet.ſed diſ/
poſitio hic eſt ab inſtitutõe artis ꝑfecta in ꝑtibus oı̃onis. Pri
mo eĩ eſt exordium ſiue ꝓncipiũ:deĩde narratõ:deĩde diuiſio:
deinde cõfirmatio:deĩde cõfutatio:deinde cõcluſio.quę qd̃
partes orationis ſingulę ſunt conſiderandę.

❡ De partibus orationis exordium

QVãq̃ mihi ſemp cõſpectus uidet̃ ꝛc.Hic ĩcipit oratõnis
exordiũ in quo ſũmatĩ aliqua cõſiderãda ſunt artificio
ſe tractata.Nã cum huius genus cauſę honeſtũ ſit:ꝗꝛ ꝓ ſalute
ſocioꝝ:ꝓ dignitate populi romani:ꝓ cõſeruatõne ꝓuincię:ꝓ
honore ſũmi uiri hẽtur oratio.potuiſſet exordio abſtinere ſe
Cicero.Quare aũt exordiẽdũ duxit breuiter id ꝑtractat iuxta
regulas ſuas in arte noua.Eſt ꝑterea pręterq̃ ꝗꝛ cã honeſta ſit
in deliberatiuo genere breuit̃ ꝑtractãdum:ut docet ipe in par/
ticionibus:ut ubi ait illi q audiunt ſunt ſua cã pati.unde non
uidẽtur ĩdigere re cõgſita aĩoꝝ apparatione:q̃ ꝓ exordium ſit
itaqꝫ breuiter Cicero in hꝰ exordio exponit:quibus ſit de rebus
dicturus:ꝗꝛ de laudibus.GN.Pom.& q̃ honeſta ſit cã breuit̃
etiam dicit in qua deeſſe oratio nemini põt.Beniuolentiã ele/
ganter hꝰ captat exordiũ:& ab oratorı.:& ab auditoris ꝑſona:&
a rebꝰ ipis.Ab oratoris ꝑſona:cũ ꝓmo cõmemorat qualis ipſe
in reꝫ.p.fuerit:& ĩ priuatis hominibus defendẽdis:laudãs ſıñ
arrogãtia officiũ ſuũ.Ab auditoris ꝑſona colligit beniuolẽtiã
cũ eoꝝ auctoritatẽ extollit:& oñdit q̃ ĩ ſe ipm bñficı̃ fuerint.
A rebꝰ ipis:cũ cãꝫ ſibi talẽ oblatã dic̃.& attẽtos ẽt fac̃ cũ ſe pol
licet̃ hituꝝ talẽ oı̃oeꝫ ĩ q̃ ſit difficilĩꝰ exitũ q̃ ꝓn ͥ͛ ĩueĩre q̃ſi ꝑ hꝰ

Exordij officia

Breuis

Dilucida

Verisimilis

innuat ſe maximę eſſe dicturum. Et ꝙ attentos facit dociles
etiam redit. nam ut ipſe ait docilis eſt qui attente audit: & ſic
ut uiſum Tullio ſūmo oratori hic cōplex⁹ eſt exordiū breue
ſed ualidū: quod qdeȝ & ad demōſtratiuū & deliberatiuū ge
nus ſpectat: ꝙ ad totā orationē quę ī his ē generib⁹ cōſtituta.

Narratio

A Tq̧ ut inde oratio mea proficiſcatur ꝛc. Narratio huius
orōnis hic incipit notabiliter a Cicerone tractata ſm ar-
tē ſuā: & regulas ab eadē narratōis arte conſcriptas. Eſt eī bre
uis dilucida & ueriſimilis. Breuis ꝙ unde eſt neceſſe incipit
ab ultimo initio repetit & ſūmatī nō pticulatī narrat: & uſq̧
quo opus eſt ꝓſequiť: & trāſitionibus nullis utiť nec deerat ab
eo qď coepit exponē: & q̄ ꝑtereūda ſint ꝑterit: nec bis aut ſepi
us idē dicit. Dilucida ē ꝙ ut qſq̧ ꝑmū geſtū ē ita ꝑmū expōit
& reꝝ cōſeruat ordinem & aperit: ut oībus uideantur eſſe res
geſtę: nec pturbatę: nec contortę: nec ambiguę: nec nouę dicit
nec in rē aliā īpertinentē trāſit: nec lōgę ꝓſeqtur: nec q̄dq̄ qď
ad rem ptineat ꝑterit: & etiā breuis eſt nde fit dilucida. Veri-
ſimilis ē ꝙ ꝑſonaꝝ dignitates: cōſilioꝝ rōnes: oportunitates
tempoꝝ cōſtāt q̄ oms res ut uult Cicero breuē & dilucidā &
ueriſimilem faciūt narratōem. Et qūo ſint hę res ī iſta ſi quis
eam diſcutiet aptiſſime uidebit. Cumq̧ narratio ſui nā breuis
eſſe debeat maxīe cōuenit breuē eē eā q̄ in orōne deliberatiua
fit ut Cicero ait in partitōibus. ibi enī aut nulla aut breuis fiat
narratio. Cōſiliabile ſiquidē eſt de futuro. ſed narratio ꝑterita
rum eſt reꝝ. Ergo hac nō utiť in hac cā niſi q̄ntū ad cōſequēs
factū faciat: & tunc breuis eſſe ut hic.

Diuiſio

P Rimum mihi uidetur ꝛc. Hic incipit diuiſio pars una
orationis magno cum artificio breuiter confecta. Nam
ut uides enumerat & exponit ſuccincte de quot: & de quibus
rebus ſit dicturus. unde tota utitur diſtributione quę diuidiť
ī has duas ptes enumeratōeȝ uidelicet q̄ nō dēt pluſq̄ triū ptiū
numero cōtineri ut ait Cicero ſicut hic ab eo fit: & expoſitio
nē que fit cū orator res de quibus ſit dicturus exponit breui
ter & abſolute ut hic liquido apparet factum. hę enim tres

Pompeiana

de quibus ſe dicturuȝ polliceť. ſunt tres principales oratōnis
partes ītegrales. Nā ſup genere ꝑmū belli. deīde ſup magnitu
dinē ipſius: ut uides ea oīa fundat q̄ ꝑncipaliter ad deliberatm̄
genus ptinēt. Sup pte tertia q̄ eſt de duce deligēdo fūdat ea q̄
ꝑncipaliť ptinēt ad demōſtratiuū gen⁹. Et qn̄ diuidēdo dixit
belli huius genus in magnitudinem ſe ductuꝝ īplicit: & bre-
uiter uiſus eſt polliceri ſe oīn ſuꝝ utilitatē ſuę ſnīę: tū quantuȝ
ptient ad tutam: tū quātū ad honeſtatē rōem ſicut ipe in arte
docet diuidi debere orōnē deliberatiuā: ut eſt ptī iſta de qua
rōe tuta: atq̧ honeſta in cōfutatōe clarius appebit. Ad demon
ſtratiuā cām ptinet diuiſionis ps cū deduce deligendo ſe di
cturum ſpōdȝ. ꝙ ibi demōſtratiuo orat. Sic hęc diuiſio coīs ē
ad totā orōnē q̄ ptes ꝑncipales eius colligit: ſed pticularibus
etiā utiť diuiſionib⁹ locis ſuis ꝑſertī in pte tertia cū demōſtra
tione orādo agit de laudibus GN. Pom. ubi appet ꝓpria diui
ſio q̄ tractāda ē qn̄ ꝑncipaliter agiť genus demōſtratiuū. Ex-
ponit eī ibi q̄bus ſup rebus ſit. GN. Pom. laudaturus ꝛc ſeruā
da diligētiſſime ſeruat: ut ibi oſtenditur.

Confirmatio deliberatiua in genere belli.

G Enus enim eſt eiuſmodi. Confirmatō in deliberatiuo ge
nere pertractata hic incipit de qua aliqua ſunt dicenda:
ut appareat quāta ars ī hac potiſſimum parte uerſetur in qua
parte ſimul & confutatione de qua poſt dicetur totam ſpem
uincendi omnemque perſuadendi rationem repoſitam eſſe
uult Cicero. Et quoniam ut antedixi in hac oratione notabili
ter diuerſa ſunt genera: neceſſe eſt ut diuerſę ſint confirmatio
nes & argumenta & loci. Aliter enim confirmāť in iudiciali:
aliter in deliberatiuo: aliter in demonſtratiuo. Primo ergo di-
cam de confirmatione generaliter pertinente ad deliberatiuū
genus. poſt dicā de ea quę ptinent ad demōſtratiuū & tracta
bo ptē cōfirmatōis q̄ ad gen⁹ belli referť. deīde eā pteȝ q̄ refe
rať ad magnitudinē belli. Nā & ex gn̄e & ex magnitudīe bel
lū accurate ſuſcipiēdū eē ꝯfirmat. nec miꝝ ſi ī una & eadē rōe
ꝓpť diūſitatē gn̄is cōfirmatō ſit bimēbris & diuerſa: & una
ei⁹ ps ab altera ſepata. ꝙ ēt ī orōe una & uni⁹ gn̄is ꝑncipal' ut

puta in iudiciali diuerſę ſępe cadunt conſtitutiones : & diūſę
iudicationes ad quas modus diūſus cōfirmādi accōmodatur
ut Ciceroni placet: etiam ut ipē inquit in ueteri & noua: & ea-
dem conſtitutione plures rōes : & confirmatōes rationum. &
propterea plures iudicationes fiunt. Sed propoſitū ſequendo
perſcrutemur diligenter banc egregiam ſummi oratoris cōfir
mationem in bac oratione tractatam. Prima ergo pars confir-
mationis quę referē ad genus belli eſt uſq; ad eum locū: quare
uideē non dubitandum. Vbi incipit concluſio ſiue epilogus
partis ipſius. Cicero orator ſummus qđ in arte docet fieri bic
elegantrr opatur & practicat. docet enim eum qui ſententiam
dicit in deliberatiuo genere debitum ſibi finē ꝓponere: ad quē
omnis totius orationis ratio cōferaē . finis is aute; eſt utilitas.
Ad utilitatē ergo omnis eſt cōfirmationis ratio referenda. ſed
utilitas iſta (ut ait idē Cicero) ī ciuili cōſulatōe diuiditur in tu
tam & boneſtam. Arguit itaq; in iſta oratione ex parte utilita
tis tutę: & ex pte boneſtę. Et primo ut arguat ex parte tutę ui-
deamus quod clare appet cum liquido ſuadet ꝓ īſtantis aut
cōſequētis particuli uitatōe bellum eſſe ſuſcipiendum: cu; in
eſſe partem illam tutę utilitatis q̄ uis appellaē doceat: ſignifi-
cādo potētiſſimos reges toti aſię cū magnis uiribus iminere:
& ꝓpter piculū depoſiti: atq; experi Pom. ducem & periculu;
eē pditionis uectigaliū. Cū oñdat bic eē ptē illā tutę utilitatis
q̄ dol⁹ ſiue cōſiliū appellaē: qđ uerſaē in rōe pecuniaꝝ ꝓ qbus
bic magnā mētionē & curā agit: nulli dubiū eē pōt qn ex pte
utilitatis tutę elegātiſſime cōfirmet. nūc q̄liē cōfirmet ex pte
utilitatis boneſtę uideam⁹: & p̄mo ex ea pte q̄ cōtinet ptes re
cti: u; prudentiā. iuſticiā. fortitudinē. & modeſtiā. Et p̄ ex pte
prudētię cui dubiū ē quī arguat elegāter cū oñdat uectigaliū
pditoꝝ incōmoda quāta ſint: quātaq; ipoꝝ cōſeruatoꝝ ſint
cōmoda: & ſbinde cobortaē ut declinatis īcōmodis cōmoda
cōſequāē: ut eoꝝ ſapientię ꝓpum dicit. ut uideaē calamitate;
ciuiū a calamitate rei. p. ſeiūctā eē ñ poſſe: q̄ argumēta de rōe
prudētię ducta ſūt. deīđ arguit egregie ex pte iuſticię cū ſua
det ſalutē amicoꝝ: & ſocioꝝ ppli romani oī ſtudio defēdēdā

Pompeiana

Cum demonſtrat ulciſci malemeritos oportere Mitridatem
. ſ. & tigranem q multa dedecora: & iniurias ītulerūt: ut patet
bic in textu . q̄ argumenta ducta ſunt de rōne iuſticię. deinde
arguit ex parte fortitudinis. Cum multis in locis oñdit propē
gloriam boneſtatem & dignitatē rei. p. adeunda eſſe belli peri
cula: & labores qđ fortitudīs ꝓprium ē: & arguit etiam ex pte
modeſtię cū ceteroꝝ quos mittebat in ꝓuintias cupiditates :
& flagitia deteſtatur : qbus uiciis ut finis fiat cōcalamitatib⁹
ſocioꝝ mitti ſuadet. GN. Pom. pericula tñ iſta magis conue-
nit demonſtratio quod genus poſtea plane ptractat ħ eſt in q̄
plane poſt genere orōem agit. pticulam tamen bic ex eo genē
demōſtratō breuiſſime ut cōueniebat inſeruit ſic. Si ut uides
egregie confirmat bic Cicero oīa ad finem debitum referēdo
ſed ad utilitatem tutā: & boneſtā. Veru; quia diuiſa boneſta
res eſt & in rectum: & laudabile : & clare mōſtrauimus qualiē
arguit: & ab oībus partib⁹ recti ꝙ a partib⁹ prudentię iuſticię
fortitudinis & modeſtię. Reſtat ut ſermonem de parte lauda
bili faciam⁹ : non ꝙ res aliqua boneſta poſſit eſſe quī ſit ipſa
potiſſimū bac rōe laudabiľ. Sed ut Cicero noſter ait ī dicēdo
tñ ſeorſum tractādū eſt ħ laudabile ab illo recto. Neq; enim
ſolu; laudis cauſa rectū ſequi cōuenit : ſed ſi laus cōſequitur
duplicata eſt recti appetendi uolūtas . Separatim ergo Cicero
demonſtrat pręterq̄ ꝙ bellū aſiaticū ſuſcipi rectum ſit ēt eſſe
laudabile. quoniā dicit romanos appetentes glorię: & auidos
laudis preter ceteras gentes eſſe: & ob id delendam eſſe macu
lam mitridatico bello ſuperiore ſuſceptam: ut turpis comme-
moratio deleatur: & conſequens ſit boneſta quod boneſti lau
dabilis proprium eſt. Et cum eos ad maiores īmitandos in glo
ria & dignitate: & ad conſeruandum gloriam relictam ipſis a
patribus . Et cum ad ſocios & ciues conſeruandos ꝓ bonore
rei. p. ſummis acculeis nititur inflāmare. Quid aliud uult quā
Quirites admonē: & īcitare ad boneſtū laudabile cōſeruandū
& āpliādū! Sic appet qūo in iſta p̄ª cōfirmatōis pte q̄ logē de
genere belli Cicero utilitatē tutā: & ſb eā uim & dolū ſiue cō-
ſiliū ptes tutę: & boneſtū & ſb ea rectū ptes q̄ recti u; prudētiā

Pompeiana

iuſticiam. fortitudinem. & modeſtia3. & ſecunda3 boneſte rei
partem. ſ. laudabile orando mirabiliter ſit complexus.

¶ Epilogus confirmationis premiſſe

QVare uidete num dubitandum ꝛc. Hic eſt Epilogus
buius primę partis confirmationis: quę tractata eſt per
rationem belli generis: ſuꝑ quo epilogo notandum eſt: ꝙ eſt
illa pars quam quidam uolunt poni poſſe poſt nonnullas ora-
tionis partes ſicut locis quatuor uti poſſimus epilogo ſecun-
dum iſtos: & adducunt textum Tullij libro ſecundo artis no
uę in fine capitulo de concluſione in bac forma. Quatuor in
locis uti poſſimus concluſionibus. ſ. in principio: Secundum
narationem: ſecundum firmiſſimam argumētationem in con
cluſione. Alij uō uolūt neq3 bunc eſſe textū: neq3 ſententiam
Ciceronis ſed ſupadditu3 litterę ab bis qui contrarium opinā
tur. & Ciceronem ipſum in oppoſitum nituntur adducere in
illa littera ſubſequente eodem capitulo paulopoſt: ubi de iſta
cōcluſione loquens ſic ait. In qua curandum eſt: aut ne ab ex
ordio: aut a narratione repetatur enumeratio orationis. ficta eī
& deducta opera comparata oratō uidebitur eſſe artificij ſigni
ficandi ingenijq3 uendicandi: & memorię oſtendo cauſa qua-
propter initium enumerationis ſumendum eſt a diuiſione. de
inde ex ordine exponendę res ſunt quę tractatę erunt in cōfir
matione & cōfutatione. bęc ille. & bęc littera uidetur priori eē
contraria. Sed quicquid de boc ſit ad alium dicendi locu3 per
tinet. Nam bic non docemus ipſam artem ſed qūo ars in Tul
lij orationibus conſūmata eſt. Concluſio autem ſiue epilogus
eſt bic poſt confirmationem & argumentationem firmiſſimā
collocata: quod fieri poſſe immo debere dubitat nemo. Et cū
buiuſmodi concluſio uel epilogus conſtet ex enumeratione
amplificatione: & cōmiſeratione. bic utitur enumeratōne quę
bic uidetur idonea: & quę ualet ad reformādum ī dictis me-
moriam auditoris. Breuiſſime ſiquidem propoſitum ſuū con
cludens colligit in generali res de quibus uerba facit cōfirmā
ando. Nam cum argumenta fecerit ad ſuſcipiendum bellum
pro conſeruatione glorię nominis romani pro ſalute ſocioru3

pro maximis uectigalibus conſeruandis: ꝓ fortunis plurimo
rum ciuium una cum re. p. defendendis. ea nunc argumēta in
cōfirmando diſperſa recolligit: & pro bis admonet auditores
generalıᷣ & ſuccincte quod buiuſmodi epilogi ꝓp̄um eſt.

¶ Confirmatio deliberatiua ex magnitudine belli

QVoniam de genere belli dixit ꝛc. Hęc eſt pars confirma
tionis pro genere deliberatīo: quę arguit ex belli magni-
tudine. banc itaq3 partem cōfirmationis breuiter ꝑſcrutemur.
In bac enim arguit Cicero ex parte utilitatis tutę tm̄modo: &
ex parte quę uis appellatur quod clare liquet cum narratione
biſtorię inſerta. qūo res fuerit a. L. Lucullo adminiſtrata: &
quomodo nunc ſe baberet ex magnitudine adaucti belli peri
culum eius oſtendit ut perſuadeat inſtantis aut conſequentis
periculi uitationem. & quoniam (ut ait ipē) in arte noua uis de
cernitur per exercitus claſſes arma tormenta reuocatiōes bomi
num: & alias buiuſmodi res: & in bac confirmationis parte ex
facti narratione oſtendit copulationem regum nationum &
exercituum. apparet quomodo ad tutam utilitatem quę in ui
conſiſtit referat argumenta.

¶ Epilogus partis immediate pręcedentis.

MVlta prętereo conſulto ꝛc. Hic eſt epilogus partis buius
immediate pręcedentis in quo qualiter eleganter Cicero
repetat concludendo belli periculum: & magnitudinem facili
ter apparet intuenti orationem in bac parte.

¶ Breuis epilogus totius ſuperioris confirmationis.

SAtis mibi multa ꝛc. Hic eſt epilogus totius confirmatio
nis ſuperius pertractatę. in quo breuiſſime etiam epilo-
gat Cicero generalıᷣ quę ſuperius in argumentis uiſus eſt per
ſuadere neceſſitatem ſcilicet belli ſuſcipiēdi ex ipſius genere
periculum ex magnitudine: propter quod periculum oñſum
uult: ut nō ſolum ſuſcipiatur boc bellum: ſed ut fortiter & ac
curatiſſime adminiſtreᷣ. quę ſuaſio ſibi deſeruit ad aliud qd᷑
intendit. ſ. ut eligatur. GN. Pom. quem oſtēdit ſupra cęteros
bomines ſcire & poſſe fortiter: & accurate gerere ut inferius
apparebit.

Confirmatio demonſtratiua

REſtat ut de imperatore ⁊c. Hoc eſt Ciceronis in hac oro
ne ſecundum propoſitum principale loco tertio in diui
ſione ſua poſitum: & hic intendit exquiſitis rõibus cõfirmare
ut iſti bello quod ſuaſit. GN. Pom. potiſſimum pręficiatur
ĩperator: & ob hoc laudibus ſummis ipſum ornat: ſic ꝙ hęc
pars tota eſt demonſtratiui generis: & iſta demonſtratiua cõ
firmatio eſt uſqꝫ ad eum locum qui incipit. Quare cum & bel
lum ubi poſt incipit con° tam pertinens ad genus demonſtra
tiuum q̃ ad deliberatiuum ſuperius pertractatum. uolẽs itaqꝫ
Cicero. GN. Pom. p. ro. tam excelſis laudibus commendare
repetita breuiſſimę diuiſionis generalis parte tertia quaſdam
paulopoſt ſpetiales diuiſiones ſubiunxit ut debuit. Nam cuꝫ
nouum dicendi campum: & quaſi nouam materiam ingredia
ſi forte Tulli⁹ in oratione pulcherrima quã pro milone ſcriptã

reliquit: male diſtuliſſe narrationem uidetur trib⁹ prępoſitis quę
ſtionibus: aut profuiſſet exponere: quomodo inſidias Miloni
feciſſet Clodius ſi reu; qui a ſe hominem occidiſſe fatetur defen
dendi omnino fas non fuiſſet. aut ſi iam preiudicio ſenatus dã-
natus eſſet Milo. aut ſi Gn. pom. qui propter aliam gratiam mili
tibus armatis clauſerat tanquã aduerſus exiſtimaretur hic Quin
tilianus. etiam ſubiicit ꝙ hę quęſtiones in confutatione diſcuſ-
ſę uim prohoemij obtinebũt. quia uidelicet preparatorię ſunt ad
reliquam orationem: quod per prohęmium fieri ſolet. Et quia
Cicero in confutatione huius primę obiectionis nihil aliud intẽ
debat q̃ generaliter probare contra illorum dicta poſſe aliquã-
do hominem iure occidi uti habuit locis: & argumentis conſti
tutionis iuridicialis abſolute in qua conſtitutione quęritur ab
ſolute utrum res aliqua ſit quomodo iure fieri poſſit: licet ho-
minis ſpecialis occiſio defendi non poſſit in abſoluta iuridicia-
li: eo ꝙ neceſſe ẽ aſſumi aliquid ab extra propter quod iure quiſ-
piam dicatur occiſus. inſipiens enim eſſe ſi quis cum hominem
occidiſſet ſe ita defenderet iure occidi: quia hominem licet occi-
dere: & ſic ſtare uellet in pura abſoluta. ſed tamen cum genera
liter uenit ad quęſtionem: an ullo pacto hominem occidẽ liceat
& una pars dicat nullo pacto unquam licere. altera uero dicat q̃
dam caſu aliquando licere. Videtur eſſe ſine dubio conſtitutio
iuridicialis abſoluta. hic enim quęri conuenit iure ne aliquando
fieri poſſit. nec obſtat ſi dixeris eſſe aſſumptiuam: quia per com
parationem tranſlationem criminis relationem criminis: & con-
ceſſionem quę ſunt partes aſſumptiuę dicatur cedes hominis iu
re facta. hoc enim caſu non uenit aliqua illarum partium in quę
ſtionem: quia non quęritur an merito tranſlationis criminis uel
alterius partis occiſio iure ſit facta. ſed quęritur generaliter an ſi
adhuc iſtę quatuor aſſumptiuę partes cõſtitutionis concurrerẽt
poſſit cedes aliqua iure facta eſſe defendi: & quia una pars negat
omnia: altera contradicit: & ambę in iure ſolum & iuris partib⁹
puta uel natura uel lege: uel equo & bono conſuetudine iudica
to ſe fundant. nec tranſferunt: nec referunt crimẽ: nec comparãt
nec purgant: nec deprecantur. & per conſequens non concedi po
ſtulant. ideo potius in hac generali quęſtione naturam: & ſtatu;

iuridicialis abſolute iuridicialis aſſumptiue uerſari dicamus : &
propterea Cicero illam clodianorum generalem ſententiam cō
futando locis atqꝫ argumentis abſolute iuridicialis hic utitur.
Arguit enim primo propoſitum per locum a iudicato cū oſten
dit qualiter fuit in facto. M. horacij qui ſororem interfecerat
p.r.Comitiis iudicatū: & ut rite Quintiliano placet in hoc loco
a iudicato cadit.exemplum maius minoris qđ non eſt inefficax
ad perſuadendum.Item arguit per locum a conſuetudine cum
oſtendit in queſtione homicidij ſolere: aut negari factum aut fa
ctum iure defendi :qđ roborat per reſponſum Scipionis qui re-
ſpondit tribuno interrogādi qd ſentiret de morte Tiberi gracci
eum iure eſſe ceſum: & roborat etiam per aliqua non tota narra
ta:ſed ſolum ſignificata exēpla quorundā ciuium: & ſenatus q
ſceleratos ciues occiderunt.quod ſi eſſet nefas ut aſſerebant clo
diani eſſent ciues illi ſenatuſqꝫ nefarij:qđ non eſt dicendum.itē
arguit per locum a iudicato:cum oſtendit matris interfectionē
uel interfectionem patris ulciſcendi cauſa nō hominum modo
ſed deę ſapientiſſimę ſcientia liberatum.Item arguit per locum
a lege cum dicit xij.tabulas ex lege permittere caſu aliquo homi
nem iure necari:ut latronem quoquo noctu . interdiu uero ſi ſe
telo defenderit.Et oſtēdit ꝙ ſi cauſa aliqua leges hoc concedūt
maxime hoc ſit permittendum:cum uis illata ſit defenditur.Itē
arguit per locum a iudicato caſu aliquo iure hominem poſſe
occidi.cum oſtendit qualiter.G.mariꝰ iudicarit in cauſa militis
adoleſcentis qui occidit tribunum uolentem ſibi eripere pudici
tiam in quo loco eſt rei geſtę exemplum non ſignificatum : ſed
narratum. Et cum monſtrauerit per locum a iudicato iure aliq̄s
eſſe occiſos concludit inſidiatori: & latroni iniuſtam necem af
ferri non poſſe.Item arguit per locum a lege uel ab eius intētiōe
cum dicit ꝙ non liceret hominibus habere gladios ſi non liceret
ipſis gladiis iure uti . unde apparet ꝙ caſu aliquo iure gladio li
ceat uti: & hominem iugulare.Item arguit per locum a natura cū
dicit hanc legem eſſe naturę:quā ab ipſa natura non ſcripto didi
cimus:ut ſi uita noſtra in latronum aut inimicorum inſidias in
cidat:honeſtum ſit quoquomodo ſalutem noſtram cōſeruare.
Arguit item per locum ab ęquo & bono cum dicit id quod ad

ueritatem & communem:utilitatem uidetur pertinere:ut.ſ. non
ſit expectāda punitio legum contra latrones ꝛc. Quia leges ſilēt
inter arma:nec ſe expectari iubent:cum ſi quis uoluerit expecta
re ei ſit inſidiis moriendum. Item arguit per locum a lege cum
oſtendit eam tacite poteſtatem dare defendi ſe. Et ſic ꝑ argumē
ta quę ipſe docet in arte tractari in conſtitutione iuridiciali abſo
luta.Princeps oratorū Cicero cōfutata illa generali ſententia clo
dianorum in huius partis confutationis finem concludit inſidia
torē iure interfici poſſe.

SEquitur illud quod a Milonis inimicis ꝛc. Haec eſt pars
confutationis in qua confutat Cicero unam obiectionem
Clodianorum qua uelle uidebantur oſtendere nullo alio iudicō
opus eſſe niſi ut Milo raperetur ad penam:cum iam ſenatus iu-
dicaſſet cedem illam contra rem.p.eſſe factam.uel hic aſſerebāt
ut in iudicando iudices ſenatus ſententiam ſequerētur. Et pars
iſta pro parte uerſatnr in conſtitutione legitima tranſlatiua pro
quanto Clodiani niti uidentur:ut hęc cauſa ad ſenatus ſententiā
tranſferatur: dicentes a ſenatu iudicatum eſſe contra Milonem
ut patet in littera oratiōis.Quod uolens Cicero confutare mon
ſtrauit primo illam cedem ſenatui placuiſſe :quā ſenatus ſtudiis
comprobauit.Oſtenditqꝫ queſtionem iſtam ſenatum non con-
ſtituiſſe eo ꝙ iudicarit cedem contra rempublicam eſſe factam .
Et ad hoc declarandum utitur conſtitutione legitima diffini-
tiua demonſtrans quid ſit aliquam rem factam eſſe contra rē.p.
Itaqꝫ non negat rem ipſam ubi ſit uis aliqua eſſe contra rem.p.ſꝫ
tamen dicit de crimine eſſe quęrendum:ut quia cum res in ſe ſit
mala circūſtātię tū & cauſę poſſunt eſſe probabiles & honeſtę
Quin etiam ex pompeiana ſententia quęri debere:an iure clodiꝰ
ceſus ſit.& ſic nititur quātum poteſt ut in cauſa iudicetur:ne ut
Clodiani uelle uidebantur ſine alio iudicō puniatur milo.Cūqꝫ
pars iſta confutationis in legitima tranſlatiua uerſetur : ut dixi
oſtendit Cicero legibus ac moribus bono & ęquo.qui loci tra-
ctantur legitima tranſlatiua cauſam hanc milonis tranſferri nō
debuiſſe a conſueto iudicio ad ſenatum uel populum cum de ce
dibus clariſſimorum ciuium nihil ſit unquam eo modo q̄ſituꝫ.
Et oſtendit ſiquid in hac cauſa a Pompeio pręter morem factū

ſit aſſignandum eſſe nō cauſę ſed tempori: Cōfutat etiam illaꝫ
obiectionem qua dicebatur omnes iudices in hac cauſa amicos
Ciceronis electos eſſe. Et hoc ita cōfutat: ut ſimul beniuolos fa/
ciat iudices: quod in omni parte orationis licet: & prodeſt. nam
ut eſt apud Ciceronem in oratore hoc agendo melius efficitur:
quā rogando: & eſt illud quod in totam orationem confundē
dum & ſe ipſe ualde commendat ut uides. Sic tota hęc confuta
tio ut plane patet in duabus quę ad cauſam hanc incidunt conſti
tutionibus pertractatur: uidelicꝫ abſoluta iuridiciali & legitima:
duabuſq; partibus legitime uidelicꝫ tranſlatiua & diffinitiua. &
hęc confutationis particula ut Quintiliano placet utiq; neceſſa
ria fuit ante narrationem: ut in ea diuelleret̃ quod de ſenatus ꝑiu
dicio erat obiectum & oſtenderetur non aduerſum eē pōpeiuꝫ

¶ Epilogus confutationis.

QVamobrem iudices ꝛc. Hic ē confutationis epilogus con
ſtans ex enumeratione per quam colligit & cōmouet qb⁹
de rebus uerba fecerit cum ordine refert breuiſſime quicquid eſt
dictum ſecūdum ꝙ ipſe docet in arte fieri debere quando partē
aliquam orationis concluſione quę conſtat enumeratione con/
cludimus. Etenim concludens hic cicero ꝙ ſi non eſt facti con/
feſſio inuſitata: ſi non eſt aliter uel leuius quicquam a ſenatu iu
dicatum ac ipſi iudicarint. Si lator ipſe legis nulla facti exiſtēte
controuerſia iuris diſceptationem eſſe uoluit. Et electi iudices:
& prępoſitus quęſtioni ad diſceptandum ſunt. Reliquuꝫ nihil
aliud ſit: quam ut inueſtigare debeant uter uteri inſidias fecerit
ſūmatim repetiit: & ad memoriam reuocauit omnia quę diffuſe
in confutatione ſunt dicta. Et propoſitum ſuum cōcluſit: ut. ſ.
de īſidiis quęreretur quas expoſuit ante ſe uelle ex parte Clodiȷ̄
luce clariores oſtendere. ſimulq; ad natrationem īmediate ſequē
tem iudices facit attentos ac dociles: qđ omni parte orationis
efficere bonuꝫ eſt. nam ut in oratore apud cicetonem inquit An
tonius quę precepta principiorum & narrationum eſſe uoluerūt
ea in totis orationibus ſunt conſeruanda.

¶ Narratio

PVblius Clodius cum ſtatuiſſet ꝛc. Hic ē narratō pars una
orationis. Poſtq̃ Cicero egregie confutauit Clodianoruꝫ

obiecta uolentium per illa precidere Miloni locum defenſionis
& ita concluſit confutationem ut nihil eſſet quęrendum aliud q̃
uter uteri feciſſet inſidias. Se contulit ad planam rei geſtę narra
tionem ut clare per eam manifeſtata re poſſet ualidius confirma
re ſuam cauſam. Et profecto iſta narratio Ciceronis artificii ple
na eſt: ut facile eſt uidere. Conſiderauit enim Cicero ꝙ iā ante re
liquis obiectionibus confutatis tota uis huius cauſę conſtabat
in probatione inſidiarum clodii: Quę tota ꝓbatio erat tractāda
in cōſtitutione cōiecturali: atq; ideo ita narrauit ut in cā cōiectu
rali narrari decet in arte in qua cum aliter inſtruatur accuſator ad
nartationē. alit̃ uero defenſor. Narrauit hic Cicero ut accuſator:
ꝙ licꝫ in tota cauſa eſſet milonis defenſor: hac tantū in patre erat
merus accuſator inſidiaꝝ Clodiȷ̄. ideo ut dixi narrauit ut accu/
ſator. Narratio ſiquideꝫ ut uides habet ſuſpitiōes inſectas: &
diſpſas ut nihihil actū a clodio uł dictū nuſq̃ uētū aut habitū ni
hil deniq; factū ſine cā eſſe uideret̃: quę oīa ꝓpria ſunt narratiōis
accuſatorię ī cōiecturali cā tractare: ut uult cicero q cū dicit tria
in arte narrationum genera eſſe: unum uidelicet cū exponim⁹ reꝫ
geſtā: & unūquodq; trahim⁹ ad utilitatem noſtrā uincendi cauſa
qđ genus ꝑtinet ad eas cauſas de quibus iudiciuꝫ eſt futurū. Alte
rum uero intercurrit aliquando: aut fidei: aut criminationis: aut
tranſitionis: aut alicuius apationis: aut laudatiōis cauſa. & tertiū
qđ ē remotū a cā ciuili iudiciali. ꝑmi generis narratiōeꝫ hāc habu
it ī q̃ narratiōe geſtā rē exponit: & unūqdq; ut uides īhit ad utili
tatē ſuā cā uincēdi. Et ꝙ oīs laudabił narratō dꝫ eē breuis diluci
da & ꝟiſimił: ut cicero dicit ī hac arte. hāc ipaꝫ nōbilit̃ facit h⁹mōi
ut poſſim⁹ apte uidē. Primo. n. nō ab ultīo r̄petēs: ūde neceſſe ē
īcipit. Narratur⁹ ſiqdē nō īcipit ab ātiqs offēſiōib⁹ clodiȷ̄ q̃ ꝑ añ
acta tpa młta fuerāt. Sꝫ īcipit a noua cā & ītētione qb⁹ clodi⁹ mo
uebatur ad cedem Milonis ſūmatimq; narrauit: nō ꝑticulatim
eouſque quo opus erat proſecut⁹ uſque ad Clodiȷ̄ mortem: Nul
liſque utitur tranſitionib⁹: ſed ut ſucceſſiue geſta eſt narrat nūq̃
deerrans ab eo qđ inceperit exponere: & omnino non mō id qđ
obeſt: ſed etiam id quod non obeſt. nec adiuuat ꝑterit. Nihil. n.
infructuoſum: nec bis aut ſępius idem dicit ut poteſt quilibet
ītelligēs qui orationē uiderit iudicare. Et omnia hęc ſupradicta

eleganť breuē reddūt narrationem quę ideo dilucida dici debet:
quia ut quicquid primum geſtum eſt ita primum exponit. ꝑmū
quidem motiuas animi clodiani cauſas: & rationes exponit. De
inde quid propter has geſſit: & quicquid breuiter de parte in ptē
conſecutum eſt dicit. propterea rerum ac temporum conſeruat
ordinem: ut geſta ſit res. ſ. ut quid fecerit clodiꝰ. primo ut ad ſui
libitum prętor eſſet. Deinde quid fecerit ne milo conſul fieret.
Deinde quid fecerit ut uidit ipſum conſenſu omnium conſulē
eſſe futurum. Et ſic per ordinem omnia quę fuerunt narrat uſq;
ad mortē clodii. Nec ꝑturbate. nec cōtorte. nec noue. nec ambi-
gue quicquam dicit. neq; in aliam rem tranſit. nec ab ultimo re-
petens nimis longe proſequitur: ut ſuperius dictum eſt. nec certe
pręterit rem aliquam pertinentem: et breuem facit narrationem
ut ſuperius eſt oſtenſum. unde redditur dilucida. Et cum omnis
laudabilis narratio uériſimilis eſſe debeat. talis illa potiſſimum
eſſe debet ſuper qua fundatur cauſa coniecturalis. qualis eſt iſta
narratio per quam narratur clodium inſidiatum eſſe miloni qđ
ſubſequenter ꝑ conſtitutionis coniecturalis argumenta ualidiſſi
me eſt confirmandum. itaq; narrationem iſtam multum facit ci
cero ueriſimilē. dicit etenim ut mos: ut opinio: ut natura poſtu
lat. nam ſm mores: & naturam Clodii preſertī irritati ira: & odio
contra Milonem. Et ſecundū opinionem etiam quę de ipſo ha-
bebatur communiter omnia effecta dicit. Et narrādo clariſſime
demonſtrat fuiſſe ſpacium temporis ad conſtruendas inſidias:
cum clodius pridie āteq̄ milo ab urbe receſſerit. Fuiſſe itē opor
tunitates locoꝝ: cū milonē āte ſuū fūdū īuaſerit: & de loco ſu
periore fecerit ī eū īpetū Fuiſſe. item rationes cōſiliorū cū accē
ſus clodius fuerit īuidia & odio ꝓpter futurum milonis conſu
latum. Fuiſſe item dignitates pſonarū cū inſtructus ad inſidias
clodius multis rationibus demōſtrare. Milo uero incautus ex
mō eūdi: & inprouiſus oſtēdať. ſic ut profecto refelli nō poſſit.
Aut ſpaciū parū tēporis fuiſſe: aut cauſam nullam: aut locū ido-
neum non fuiſſe: aut homines ipſos facere aut pati non potuiſ-
ſe. q̄ oīa digeſta ſecūdū artē narrationē hāc ita reddūt ꝟiſimilē
ut nihil ueriſimiliꝰ eē poſſit. nā ut ait Quintilianꝰ li. iiij. de inſtōe
oratoria capitulo de narratiōe a Cicerone ſunt quidē utiliſſima

predicta omnia per quę miloni clodius non milo Clodio inſi
diatus eſſe uideatur. plurimum tamen facit illa callidiſſimę ſim
plicitatis mutatio. Milo cum in ſenatu fuiſſet eo die quo ad ſe-
natus eſt dimiſſus domum uenit calceos & ueſtimēta mutauit
pauliſper: dum ſe uxor ut fit comparat cōmoratus eſt. quā nihil
feſtinato nihil pręparato feciſſe uidetur Milo. quod non ſolum
rebus temporis uir eloquētiſſimus: quibus moras & lentum ꝓ
fectionis ordinem ducit: ſed uerbis etiam uulgaribus ac quoti-
dianis. & arte occulta conſecutus ē: quę ſi aliter dicta eſſent ſtre-
pitu ipſum iudicem deinde patronū excitaſſent. hęc a Cicerone
conſeruata Quintilianus inquit: ut credibilis eſſet iſta narratio.

¶ Confirmatio

Haec ſicut expoſui ita geſta ſunt iudices &c. Hic eſt cōfirma
tio pars una orationis in qua quidem confirmatione Cice
ro primo colligit collectionem illam inſidiator ſuperatus ui ui
cta uis eſt &c. quę quidem collectio eſſe ſolet in argumētis nunc
expoſitioni artificioſe coniuncta: ut Quintiliano placz adducit
per colorem qui dicitur occupatio rationem unam quare dicat
Clodium iure ceſum propter uidelicet utilitatē rei. p. & bonoꝝ.
Et aliqua repetit argumenta ex locis iuridicialis abſolutę cōſti-
tutionis: quę argumenta ante tractauerat in confutatione: cum
uoluit cōtra clodianos oſtēdere aliquo caſu iure hominem poſ
ſe occidi ut patet ſupra. oſtendit enim per locum a ratione: & ne
ceſſitate naturę: & per locum a conſuetudine gētiū ꝙ aut liceat
ſe defendere quocunq; modo contra latrones: aut ſi non liceat
oporteat perire in eorum inſidiis: aut iudicum ſententiis quorū
certe utrūq; uideri debet abſurdum: & caute ſignificat aptabiliꝰ
fuiſſe miloni a clodio iugulari q̄ quia non ſit iugulatus ab eo a
iudicibus condemnari. Aſſerens tamen ꝙ ſi ita non ſentiūt uide
licet ut milo potius debuerit iugulum clodio preſtare q̄ tueri ſe
in uita non ſit abſolute quęrendū: an clodiꝰ ſit occiſus. Quod
plane fatentur miloni. ſed an iure ſit occiſus. Laborauit enī huc
uſq; Cicero multis & ualidis argumētis ut nō ſimpliciter q̄reť:
an Clodius eſſet occiſus. ſi. n. ita quęreretur nulla eēt defenſio
pro milone confeſſo iam ſe Clodium occidiſſe: ſed quęretur
ſolum an iure potuiſſet occidere. Hac enim in quęſtione iuris

optime Milo defenditur. quã queſtionem dicit a ſenatu a Pom-
peio eſſe datam. Ideoꝗ concludit nihil aliud eſſe querendum ꝗ̃
uter utri inſidias fecerit que queſtio in coniecturali conſtitutõe
uerſatur.

Confirmatio coniecturalis.

QVo nam igitur pacto ꝓbari poteſt &c. incipit hic illa cõfir
mationis ꝑs que nitit̃ ꝓbare illam Milonis rationem: que
erat fundata in inſidiis Clodianis: quã rationẽ clodiani nõ mõ
negare uidebant̃: ſed cõtradicere ꝙ milo clodio feciſſet ĩſidias.
Diſcernẽdum ergo cũ eẽt uter utri fuiſſet inſidiatus opus in hac
cauſa fuit nõ ſolũ ſimplici cõiectura: ſed duplici. una per quam
milo ĩſidias clodij manifeſtet. altera ꝑ quã a ſe id crimẽ reiiciat.
unde hic pro milone Cicero tali utitur cõiectura. Studet enĩ oſtẽ
dere inſidias clodij: & id crimen a milone ſuo reiicit. ſic iſta con
firmationis ꝑs uerſatur in conſtitutione cõiecturali. Ex cuiꝰ con
ſtitutionis locis Cicero ut debuit argumenta ſũma cũ eloquẽtia
& arte capit: ut plane uidebit̃. uolens etenim ipſe oratoꝝ princeps
ꝑ locum a probabili a cauſa mõſtrare fuiſſe cauſam clodio cur
inſidiaret̃ miloni prius oſtẽdit ꝑ locuꝫ a ꝓbabili a uita minimas
etiã cãs illũ clodium ĩ omne facinus ĩpellere potuiſſe: cum dicit
in tã audaci: & nefaria bellua ſatis eẽ docere magnã ſpeꝫ magnaꝫ
cauſam magnas utilitates in milonis morte ꝓpoſitas fuiſſe: ꝗ̃ ſi
dicat facile eẽt docere: oſtẽdẽs illud Caſſianũ cui bono fuerit &c.
habere locũ in talibus qualis erat clodius: hiſ uꝫ qui ꝑuo emolu
mẽto ĩpellũt̃ ĩ fraudẽ in quã boni nullo p̃mio rapiũt̃. artificioſiſ
ſimum enim fuit in primis ꝑ locum a probabili a uita roborare
locum ꝑ ꝓbabile a cauſa. quẽ locum ĩmediate ſubſequẽt̃ tracta
turus erat. ipſe etiã docet in arte omni mõ quo poſſumus cõma
culare ꝑſonam: ut cauſe ad peccãdũ ĩpulſiue ꝗ̃ eſſẽt forte ĩ alio
leues in ea tali perſona grauiſſime uideãtur. Deinde ualidũ ĩcipit
argumentũ a ꝓbabili a cauſa cõmodorum appetitione & incõ-
modorũ uitatione: cũ plane ſignat: quid ex morte milonis clo
dius aſſeꝗbat̃ cõmodi: qd incõmodi declinabat duꝫ uꝫ futurus
p̃tor eſſet nõ ſolũ milone nõ cõſule ꝗ̃ cõſule nihil ad ſuũ libitũ
facẽ licuiſſꝫ: ſꝫ his cõſulibꝰ q aut non uellẽt: aut nõ poſſent eũ a
ſceleribꝰ ſuis cohibẽ. deĩde oſtẽdit ꝑ locũ a rũore publico fuiſſe ĩ

Miloniana

Clodio hanc commodi appetitionem cũ ꝗ̃rit a iudicibꝰ an ſoli
ignorarent: qđ oẽs p̃dicarent leges uꝫ nonas a Clodio factas eẽ
quas uolebat ĩponere ciuitati. Deinde ad ſextuꝫ clodiũ ſe cõũtit
& poſtulat: ut leges has exibeat quas eũ dixit ex ĩcẽſa domo pu-
blij clodij rapuiſſe: & illũ ſex. clo. ualde & caute uitupat. dũ eũ cõ
ciliare uidet̃. Deinde oſtendit ꝙ ꝓpter p̃turã. p. Clodij uniuerſus
populus Milonem cõſulẽ affectabat: ut duo ex hinc ſuſcipiant
argumenta: unũ cõtra clodium. alterũ pro milone contra clodiũ
oſtẽdendo ꝓpter hoc ſibi fuiſſe magnã cauſam ut non ſolicito
modo niteret̃ contra Milonem ad ſuã dignitatẽ defendendã: ſꝫ
mõ quodã feruentiori ſic ꝑ ꝓbabile a cauſa ĩnuit: ut fieri docet
ĩ arte clodium inſidias feciſſe Miloni. argumẽtũ uero ꝓ milone
hinc tale eſt quale docet Cicero debere ſumi ex ꝑte defenſoris ĩ
hac cõſtitutiõe: negãdo. ſ. fuiſſe cauſã criminis ei qui defendit̃:
aut eã uehemẽter extenuãdo. Ciceroni ſiqdẽ cũ ut dixi ſuperiꝰ
ipſe habeat oſtẽdẽ cõiecturatiue clodianas inſidias: & id crimẽ a
milone reicere opus eſt: ut aliqñ accuſatoris: aliquãdo defenſo-
ris locis utat̃. Defendit hic igit̃ nõ ſolũ negando cauſã fuiſſe mi
loni ut Clodio inſidiaret̃: ſed qđ ẽ fortiꝰ oſtẽdẽdo cauſã fuiſſe
Miloni ut Clodius uiueret: cũ dicit morte Clodij Milonem illã
ſuam ſingularẽ gloriã: que erat in frãgendis furoribus Clodia
nis amiſiſſe: & caute eos adeptos nequem ciuẽ ãplius metuãt: ſꝫ
milonem exercitationem uirtutis ſuffragationẽ conſulatus fon
tem pennem glorie ꝑdidiſſe oſtendit. itaꝗ ꝙ mors clodij nõ ſo
lum non proſit Miloni ſed noceat: ut nos in arte docet in hac cõ
ſtitutione defendere. Multum ſiquidẽ in hac cõfirmatione Tul
lius accuſando clodianas inſidias utit̃ partibus defenſoris. quia
cum conſtaret inſidias eſſe factas: & ſolũ in dubiũ uerteret̃ ab
utro facte fuiſſent. ſed id crimẽ ĩ defẽdẽdo a milone reiicit. Nõ
ne accuſando iacit in clodium? Et econtra. in utroꝗ autem oc-
cupatus eſt: ut oſtendit uidelicet non inſidiari Milonem uoluiſ
ſe debuiſſe: & potuiſſe: ſꝫ clodiũ. Et poſtꝗ̃ cauſã inſidiaꝝ fuiſſe
ĩ clodio. In milone ꝟo nõ ſolũ nõ fuiſſe: ſꝫ oppoſitã fuiſſe mõ
ſtrauit. Et hꝰ in ãbobꝰ ꝑ cõmodoruꝫ appetitionẽ: & ĩcõmodoꝝ
uitatiõeꝫ. Adhuc demõſtrat ĩſidiatũ clodiũ nõ milonẽ ꝑ locuꝫ
iteꝝ a probabili cã cũ oſtẽdit irã nec odiũ fuiſſe ex ꝑte milõis

Miloniana

fuiſſe autem hic ſumma hic ex parte Clodij.ira autem & odium
cauſę uideri debent maxime inſidiarum . In eo igitur in quo hę
paſſiones fuerunt acriores merito īſidiarum debuit acrior cauſa
eſſe.arguit deinde per locum a probabili a uita oſtendens a re ſi
mili Clodium nunquam abfuiſſe : cum dicit ironice reliquum
eſſe ut Milo coarguatur ex natura et conſuetudine.& ex his Clo
dius defendatur . Quia uidelicet nil per uim unquam Clodius
omnia per uim Milo.Et cum exempla connumerat uiolētię clo-
dianę in ſeipſu; primo. Et in quoſda; alios bonos ciues aſſerēs
ut purgator atq; defenſor nihil a milone unquam ſimile factum
eſſe.Facit enī ex arte ut uita Clodij ſpectetur ex anteactis ſicut
propter peccata ſimilia iudicatur fuiſſe prompta ad inſidiandū.
& milonis uitę integritatem: honeſtatemq; collaudat:cum eius
uim ſolummodo in eo fuiſſe aſſerit occupatam: ne uiolentiſſi-
mus ciuis Clodius rem.p.occuparet. Deinde ut opus erat crimē
inſidiarum a milone reiicient ut totum uerteretur in Clodium .
arguit per locum ab una parte ſigni:quę pars appellatur occaſio
qua hic utitur:ait defenſor cum oſtendit nos has milonem inſi
dias ueriſimiliter conſtruxiſſe.cū ipſe occaſiones meliores mul-
tos uel res:& aptiores ad Clodium occidēdum prętermiſerit. quas
occaſiones multis locis:atq; temporibus fuiſſe cōmemorat : &
concludit:q; illum quem cum omnium gratia noluit īterficere :
nunc non ſit ueriſimile cum aliquorum querela occidere uoluiſ
ſe . & quem iure loco tempore & impune non fuerit Milo auſus
occidere:eundem modo iniuria īiquo loco tempore alieno peri
culo capitis interficere non fuerit auſus.Itaq; ratio iſta ꝓ milone
artificioſe deducta eſt per locum ab occaſione idonea pręterita
uel omiſſa.In qua quide; ratione cōſiſtit enthymima expugnā-
tibus multiplicatum:ut ait Quintilianus li.v.cap°enthymimati-
bus.Deinde iterum ut defenſor inſidiarum crimen remouens a
milone arguit per locum a probabili a cauſa cū ſignificat multi
plici ratione maxime in petitiōe conſulatus nō ſolum non futu
rum utile aut expediſſe miloni Clodium per ſcelus occidere:ſed
uehemētiſſime nocituꝝ.& ut accuſator ecōt̄ oſtēdit:q; q̃ nō fue
rit ī milone credibile īſidiari:ita nō fuerit ī clodio dubitādū ī ſpe
cōmodi cupiditatē ei9 oſtendēs.cū eū dicit putaſſe ſe regnaturū

interfecto milone.Deinde arguit per locū a ꝑte ſigni. h̄ ē ꝑ locu;
a ſpe ꝑficiendi ꝓpter impunitates confidentiā quā fuiſſe in Clo-
dio maximam:in Milone uero nō fuiſſe demōſtrat.cum milo
nem dicit facti:aut ꝑclari:aut certe neceſſarij fieri reum Clodiu;
ita cōtemptorem extitiſſe iudiciorū :ac pe ne ut nihil illū delecta
ret:aut qd' ꝑ natura; fas eſſet:aut per leges liceret.deinde arguit ꝑ
locum argumento prout ſumitur argumentum pro una ex illis
ſex partibus in quas eſt cōiecturalis cōſtitutionis ratio diſtribu
ta. arguit enim inſidias Clodianas certioribus argumentis : &
magis firma ſuſpitiōe' firma .& hic aperte pręteriti cum oſtēdit
Clodium dixiſſe. M. fauonio triduo Milonem periturum: &
poſt diem tertiam fuiſſe rem geſtam. quem quidem locum ab
argumento corroborat atq; firmat per locum a teſtibus cum te-
ſtes appellat.Q.Pecilium:& Catonem:quibus aſſerit illud Clo
dij dictum fauonium retuliſſe.deinde accuſans Clodium defē-
denſq; Milonem clare:& aperte demonſtrat multis & apertis in
dicijs Clodium uiam milonis ſcire faciliter potuiſſe.Milonē ue-
ro Clodii reditum ſcire nullo modo potuiſſe. unde per locum
a collatione uidetur argumentum cum rem eandem unum ſcire
potuiſſe:alterum non potuiſſe demonſtrat. Deinde per locum a
teſtib9 ſe ipſumq; milonem defendit ab obiectis eum : ex dictis
ipſorum nec teſtium Clodianorum liquido cōcludit: nec ſe nec
milonem ſcire:aut ſuſpicari de clodij ad urbem reditu potuiſſe.
cumq; id demonſtrauerit īmediate ſuperius per locum a teſtib9
clodianis:ne ſi dicam tamen eorum firma relinqueret. Apperet
nec ipſum Clodium inſidias conſtruxiſſe per locum cōtra teſtes
ipſa dicta .dehinc uellicat & īfirmat cum oſtendit fieri non de-
buiſſe qd' dicāt : ut.ſ.clodius propter mortem Circi uellet eo tē
pore remeare:cum cauſę nullę ſubeſſent propter quas tali pro pe
ratione opus eſſet.Deinde confirmat adhuc per locum ab occaſi
one idonea ꝑterita uel obmiſſa milonem nō iuiſſe aīo inſidiā-
di:& ſciuiſſe clodium reuerſurum ut ad id melior occaſio quę
reret:tū loci ipi9 natura:tū ſpe ꝑficiēdi:tū etiā ſpe ęelādi:cū oſtē
dit aut occultatū futuꝝ fuiſſe facin9 aut ī alios ueriſilit̄ flectēdū
Et ſic in̄rogādo cur meliores occaſiōes omiſerit milo ab eo ꝑ
locū ab occaſiōe ꝑtēita crimē tollit:totūq; id ṽtit ī clodiū & oīa

ſummo ingenio & ĩacceſſibili eloquẽtia: & mirabili facit ex arte
¶ Epilogus ꝑtis confirmationis cõiecturalis.

VIdeo adhuc cõſtare oĩa ꝛc. hic ẽ huiꝰ ſupius in cõſtitutiõe
cõiecturali ꝑacte partis cõfirmatiõis Epilogus. uidẽs enim
multis ex locis uaria argumẽta ſũpſiſſe: tũ ad milonẽ excuſãdũ:
tũ ad Clodiũ accuſãdũ. Ne iudices horũ a curuatione cõfuſi me
moriã p̃dictoꝝ. hic neceſſario ẽ uſꝰ epilogo eaqꝫ potiſſimũ ꝑte
epilogi: q̄ enumeratio nũcupat̃: q̄ ad hũc ſui effectũ in hoc loco
ſibi neceſſaria uidebat̃: ut ea q̄ ſupiꝰ late dixit ad memoriã redu-
ceret auditorum. Per eã ergo ſũmatqꝫ colligit: & ordine: ut ex ar
te ſua debuit omnes locos retulit quibus ẽ uſus ꝓbando inſidia
torem eſſe Clodiũ: & id crimẽ a Milone remouendo: ita argumẽ
tum cõpans argumẽto ut breuit̃ reuocata nõ reintegra uideat̃
oratio: quo certe nil efficacius eſt ad memoriam reuocãdam.
¶ Proſequitur coniecturalẽ confirmationem

VIdeamus nũc id qđ caput ẽ: & locus ꝛc. Dehinc Cicero ꝓſe
quens cõfirmationẽ ſuã in cõſtitutione eadẽ. ſ. cõiecturali
arguit ꝑ locum ab una parte ſigni: quę ꝑs locus dicit̃ oſtendẽdo
locũ ad inſidias Clodio fuiſſe aptiſſimũ: Miloni uero nõ aptuꝫ.
cũ ironice dicit dubitãdũ eſſe uter ad inſidiandũ locus fuerit ap
tior: uel Clodio uel miloni. cum ante fundũ Clodij geſta ſit res
in cuius fũdi in ſãnis ſubſtrictiõibus poterant millia hominum
collocari. Et cũ dicit ironice illum locũ electũ a Milone ut de ex
celſo poſſet inuadere ĩmo ueriꝰ locũ illũ altũ electũ a Clodio fu
iſſe: cuiꝰ loci ſpe facere ĩpetũ cogitarat. Hac ſiquidẽ argumẽtati
one ducta ex loco uehementiſſime uſum melius Ciceronẽ ĩ hac
oratione memorat Quintilianꝰ li. v. ĩſtitutiõis oratorię capꝰ de
argumentis ꝛc. nã ut ipſe Quintilianus ibidẽ ait hęc et ſimilia fre
quentius ad cõiecturã ꝑtinent. Deinde arguit ꝑ locũ ab occaſiõe
demõſtrãs in utero occaſio fuerit magis idonea ad rẽ ad oriẽdã:
an in Clodio: an in Milone. locũ hũc roborans ad ꝑficiendi ſce-
leris ſpẽ quã eſſe potuiſſe in clodio uult intelligi. In Milone uẽo
nõ ꝓpt̃ eiꝰ in apparatiõeꝫ: cuꝫ ip̃e ueheret̃ penulatus ĩ redola: una
ſederet uxor ſic qꝫ illũ oĩa q̄ erãt ſecũ facilit̃ ĩpedirent. Et rẽ q̄ſi
añ oculos iudicũ oſtẽdẽdo arte cũ maxĩa arguit. Deĩde Clodia
nas inſidias ꝑ locũ ab argumento a ꝑte p̃teriti: cum demonſtrat

ſubituꝫ egreſſum eius e uilla ꝑcontatur cur fecerit quicquã preter
cõſuetudinẽ in alieno tꝑe neceſſitate ipſuꝫ aliqualit̃ nõ urgẽte di
cens. Quid ueſperi? cur neceſſe ẽ tarđ? quid cõuenit p̃ſertim id tẽ
poris ꝛc. arguitqꝫ ꝑ eundem locum a ꝑte p̃teriti cũ oſtẽdit fuiſſe
Clodiũ ĩ uilla Pompei p̃ter rationẽ: quã ne adduci poſſit aut de
uiſitatione Põpei: aut de uillę ſpectatione ſufficiẽter euacuat:
& demõſtrat Clodiũ locũ illũ tergiũſando & morando relinq̄re
uoluiſſe: donec milo cui inſidiabat̃ accederet. Deinde iterũ arguit
ꝑ locũ ab occaſione etiã roborato. ea magis fuerit ad rẽ ad oriẽ
dam idonea. in quo enim ꝑficiẽdi ſpes fuiſſe mõſtrat̃ in eo etiam
maior arguit̃ fuiſſe uolũtas iuxta ſnĩaꝫ Quintiliani li. iiij. c. de ar
gumẽtis. ũde elegãter cicero ꝑ apparatõeꝫ Clodij ſpẽ mõſtrauit:
ut uolũtas fuiſſe argueret̃ ex ſpe: ꝑmiſcetqꝫ etiã argumẽtũ ꝑ locũ
ab argumẽto a ꝑte p̃teriti cũ oſtẽdit: & compari poſtulat Clodij
apparationẽ cũ apparatiõe Milonis. & dicit Clodiũ p̃ter cõſue-
tudinẽ ſine uxore fuiſſe ſine eſoletis: & gręculis: & reliqua tur-
ba uoluptuoſa ſine qua nũq̄ ire cõſueuerat. Milonẽ uẽo tũc p̃ter
cõſuetudinẽ ancillarũ greges: & pueros ſimphoniacos adduxiſ-
ſe. ſic cũ manifeſtã clodij apparationẽ facit in apparationẽ milo-
nis. Argumẽtũ ut uides capit ꝑ locũ a ſpe ꝑficiẽdi: ꝑ quã ſpẽ ro-
borat̃ locus occaſionis idonee. cum uero Clodiũ & milonẽ q̄cq̄
p̃ter cõſuetudinẽ feciſſe demõſtrat argumentũ accipe ꝑ locũ ab
argumẽto a ꝑte p̃teriti: ut ſi artẽ bñ cõſidẽas tibi facilit̃ notũ erit

CVr igit̃ uictꝰ eſt ꝛc. cũ Cicero ſuſpitionẽ in clodiũ ſupin
duxerit ualidis argumẽtis: & p̃ſertiꝫ ex apparatiõe Clodij:
& in apparatõe Milonis. Quia obiici poſſet & dici. cur ergo ſi in
apparatus erat Milo. Clodius apparatus ille uicit. Ille ſuccubuit?
atqꝫ occiſus eſt? obiectionẽ hanc egregie diluit atqꝫ infirmat. In
firmatqꝫ etiã q̄ ſibi poſſent obiici de manumiſſione ſeruorũ ut
nihil appareat ex cõſilio antecedẽti ad inſidias factum eſſe: qđ
pãdi ꝑ ſeruos timeret ſi eos ĩ ſeruitute reliquiſſet: cũ oĩa fateat̃
q̄ poſſent per ſeruos. & oſtendit eos nõ ꝓpt̃ cogitatũ maleficiũ:
aut timorẽ aliquẽ cõfeſſionis: ſed ꝓpt̃ beneficiũ in tali caſu do
mino preſtitum fuiſſe a grato domino manumiſſos. Deinde qꝛ
q̄dã q̄ſtiones habitę de ſeruis Clodianis: ex atrio liberatis uide
bãt̃ eẽ cõt̃ Milonẽ: cõt̃ etiã q̃ões & ceſtes. hic arguit cũ q̃õeꝫ hãc

uituperat.eo ꝙ ſit contra mores & a plena corrũptela uituperat:
& teſtes:& teſtium productores & queſtionis illius modum .cõ
munes etenĩ loci ſũt ut dicit in arte:tũ defenſoris tum accuſato
ris a teſtibus contra teſtes a quęſtionibus contra quęſtiões.Cõ-
tra ergo teſtes:& quęſtiões hęc dixit ut defenſor milonis.Supra
enĩ ẽ dcm̃ ꝙ aliqñ hic utit᷑ Cicero locis accuſatoris:aliqñ defẽſo
ris cũ cõſtitutio cõiecturalˀ hic cõſtet ex duplici cõiectura:et etiã
mixta ſunt multa de ratione confutationis per quã loci contrarij
diſſoluuntur:in hac confirmatione per quam ſua argumenta ex
ponunt᷑ ut debẽt cum aſſeruatione. Nam cuꝫ ſemper diſſolutio
locorum contrariorũ noſtrorum faciat firmamentum: in hac po
tiſſimum cauſa confutatio Clodianorum obiectionuꝫ Milonis
roborat confirmationem.quia cum aut hic:aut ille inſidias fece
rit:& hoc conſtet qui ſe tantum a crimine inſidiarum purgat ne
ceſſario culpam flectit in alterũ:unde fit in hac confirmatione q̃
dam quę illam roborat confutatio artificioſiſſime miſcentur.
QVod ſi mundum ſatis cernitis ⁊c. De hinc ulterius confir
mando arguit magnam milonis innocẽtiam per locum a
conſecutione oſtendens ſigna innocentię quę ſequi ſolent.Et hͦ
loco hic utitur:ut defenſor ſicuti defenſorẽ uti docet in arte: cũ
nõ pertimuerit reus.nam ipſum innocentia fretum negat eſſe cõ
motum.Dicit.n.& rogat.ut recordent᷑ celeritatis ſui reditꝰ ĩgreſ
ſus in forũ curia.tunc maxime ardente magnitudinis animi uul
tus orationis oſtendens eum ſeſe propter innocentiam commo
uiſſe:& tradidiſſe iudicio. nam id nõ feciſſet niſi de innocentia
ſua confiſus fuiſſet : cuius uim maximam eſſe dicit ⁊c. aſſerens
non ſine ratione ſenatum cauſam Milonis probaſſe uidendo
preſentiam animi ſui & conſtantiam defenſionis. Deinde locuꝫ
hũc ipſũ a cõſecutione corroborat per locũ contra rumores : cuꝫ
dicit rumores aliquos ſparſos de milone a populo : quos fuiſſe
falſos re ipſa docente demonſtrat:aſſerẽs eos futuros ueros niſi
habuiſſet Milo qđ poſſet uere:& honeſte defendere. itaq; ĩpro-
batio rumorum falſorum facta per locum contra rumores dete
git:atq; aperit Milonis ĩnocentiam per locum a cõſecutiõe maxi
me cõprobatam .Deinde ne Clodiani locum a cõſecutione:quẽ
tetigit poſſent euellere:aut ĩfirmare per locum etiã a cõſecutiõe

Milomana

attributum accuſatori contra reum qui ſe dixerit propter ſpem:
& uim innocẽtię non fuiſſe cõmotum. Qui accuſatoris locus ẽ
cum dicat reum uſq; adeo pręmeditatũ fuiſſe:quid ſibi eſſꝫ uſu
uenturum:ut confidentiſſime reſiſtẽs reſpõderet quę ſigna ſunt
confidentię non innocẽtię.Nec igitur iſto loco uti poſſent Clo
diani contra Milonem Cicero ſummã cum arte argumentũ: &
eodem loco quo prius.uidelicet a cõſecutiõe ex parte rei ſuã res
innocẽtiam defendentis accepit. ſed non contra hoc crimen inſi
diarum:ſed contra alia quędam crimina obiecta Miloni. oſten
dit enim quomodo illa ſuſtinuit & cõtempſit: ac pro nihilo pu
tauit ut cum illa crimĩa manifeſta fuerint reperta falſa: quę ita cõ
tẽpſerit ui deatur etiaꝫ hoc de inſidiis falſum eſſe qđ ſimili mõ
contẽnant:& ſic non confidentię ſed ĩnocẽtię ſignum eſſe. Prę
terea ſummo cum ingenio exagerat illa alia crimina dicens ea fu
iſſe quę nullus nocẽs animo maximo: nullus etiam innocẽs niſi
idem fortiſſimus uir negligere potuiſſet propter hoc innocentię
Milonis accumulans fortitudinem ſingularẽ:quę illo caſu crimi
num obiectorum in homine nocente eſſe nõ potuiſſent. eſſe au
tem potuit in Milone qui erat fortis & innocẽs: & dehinc crimi
na illa connumerat quę dici non delata ſolum : ſed pene credita
nec ante repudiata q̃ quęſita:ut oſtendat eorum falſitatem nullo
alio modo niſi inquiſitõne detecta ne poſſit opponi uera fuiſſe
ſed non quęſita & inueſtigata.ideoq; Pompei diligentiã in tali
inquiſitione ſignificat quã Pompei diligentiam ne illum pñteꝫ
& audientem notaret oſtendens eum fuiſſe diligentẽ contra Mi
lonem.eleganter excuſat & laudat eo ꝙ regentes rempublicã nõ
audire multa non poſſunt.& oſtendit eundem in aliis fuiſſe dili
gentem:ne ſpãliter contra Milonem uideatur diligentiã exercere
Et item de alio crimine reprehenſuꝫ Milonem a ſenatore quodã
dicit quia.ſ. cum telo eſſet occulto: nec Miloni ante creditum q̃
nudatus ipſe monſtrauit falſum eſſe ut.ſ.ſemper appareat Mi-
loni nihil aliud q̃ puram innocentiam profuiſſe. cum ſemper de
his de quibus accuſatus fuerit:fuerit diligẽtiſſime perquiſitum.
pręterea poſtquã incidit in cõmendationem diligentię Pompe-
ianę & in ipſum pompeium ſermonẽ uertit magna cũ induſtria
& elegantia orõnis: ut uidelicet eum miloni multa rõe conciliet

cum poſſit maxime opitulari uel ut ſi qua eſſet ſuſpitio ꝙ pom
peius preter iuſtitiā eſſet Milonis adiutor. hāc diluat apud mul
titudinem oſtendendo quodāmodo ſe uereri ꝙ a nō nullis ſuis
inſitoris prędicetur. Ne Pompeius.ſ.hęc arma parauerit contra
ſuſpitionem & metum.uideturq; multum in horum purgatione
laborare:uel ut omnes audientes ītelligerēt legis Pompeianę ſen
tentiam quā ita ut ipſe ſentit tulit ut Milonem abſolui oporteret
ut omnes ſaltem confitētur liceret. Cum enim ante monſtrauerit
nec debuiſſe nec potuiſſe eſſe ſuſpitionē aut metum. Quia gen
tes illas Pompeius armaſſet oſtendit in fine cauſam illam nō fu
iſſe illorum armorū ſuſpitionem aut metum: Cum dicat Pom-
peium publici iuris moris maiorum rei deniq;.P. peritiſſimum
& cętera. Non fuiſſe expectaturum armis ſibi datis iudicium in
eius conſiliis iudicandis qui iudicia ipſa tolleret. Quaſi dicat ſi
de milone ſuſpitionem aut metum excepiſſet cum arma haberē
tur a ſenatu data pro conſeruatione reipublicę cum merito puniſ
ſet:nec in ſuis inſidiis iudicādis iudicium expectaſſet:& merito
quia talis eſſet uir qui tolleret ipſa iudicia:& ſic ut etiam quodā
loco ſupra ſignificat arma illa eſſe parata non ad terrorem inferē
dū ſed ad ꝑſidiū: ut in hac cauſa iudices poſſint libere iudicare.
Confirmatio in conſtitutione iuridiciali aſſumptiua cōpatiua.

h Aec uero me iudices Clodianū crimē.ꝛc. Poſtquā Cicero
(ut uiſum eſt)confirmauit cauſam Milonis ex fundamen
to illius rationis: uidelicet quia Clodiū uitę Milonis inſidiantē
iure occidiſſet. Eamq; rationē comprobauit in conſtitutione cō
iecturali.ut ſuperius eſt oſtenſum. Incipit nūc confirmare cau
ſam eandem ex ui alterius rationis. uidelicet quia cum iure occi
dere potuit Milo:qui bonos erat contumelioſe uexatos: & rem
publicā ſeditionibus turbaturꝰ. Hęc enī eſt illa oratio ꝓpter quā
dictum eſt conſtitutionē alterā uidelicet iuridicialem cōpatiua;
in hac cauſa uerſari.uidetur ſiquidem hinc diſputatio talis oriri
an fuerit utilius ciuitati a Milone occidi Clodium:an in uita relī
qui:cuiꝰ partē unam uidelicet ꝙ utilius fuerit occidi Cicero hac
eleganti oratione & in hac orationis parte defendit. Quę quidē
pars(ut dixi) in iuridiciali cōparatiua tractatur. & quia nō habet
tantam difficultatē hęc conſtitutio compatiua quantam habeat

cōiecturalis:quę ut ait Cicero tractatu difficillima ē breuiꝰ hęc
pars:& facilius abſoluetur. Et notandum eſt ꝙ Cicero nō utitur
abſolute hac oratione: quam ſupra dixi: dicendo ꝙ illa ratione
occiderit Clodium Milo.ſed ea utitur ſub conditione oſtendē
do ꝙ ſi adhuc non uellet aliter diluere crimen: ut diluit poſſet
milonem iure defendere.ꝛc. Nam ut Quintilianꝰ libro quarto.
capitulo de partitione egregie Cicero pro milone inſidiatorem
primum Clodium oſtendit: tum addit ex abūdanti etiam ſi id
non fuiſſet talem ciuem cum ſumma uirtute interfectoris & glo
ria necari potuiſſe. Non enim Tullius in hac defenſione tantum
ponebat quātum in prima:& ideo hanc ſolum ratōnem propter
conditionē adduxit incipiens.ubi ait. Si adhuc non uellet dilue
re.ꝛc.tamen impune Miloni palam clamare: & glorioſe mentiri
liceret occidi.occidi.ꝛc. ubi adduxit exemplum minus maioris
hinc enim oſtendit fuiſſe utilius ciuitati Clodium eſſe occiſum
cum Milone inducit quaſi clamantē & confitentem ſe occidiſſe
Non S.p.Melium. non T.Gracchum:quorum mors fuit utilis
reipublicę:ſed occidiſſe eum.ſ.Clodium qui multo pernitior il
lis fuit. Quod ut ſit liquido manifeſtum multa ſcelera Clodii a
ceruat ut apereat quātum utile fuerit prię tam nephariū ciuem de
uita & urbe tolli:& quantā ille perniciē bonis intuliſſet ſi fuiſſet
adeptus pręturam qui mala tot & tanta iam fecerat. Exindeq; ar
guit fuiſſe utilius occidi cum rationem: quę eſt fundamentum
huiꝰ partis adducit:oſtendens quantum bonos homines:& pa-
triam ille manu tyrannica laceraſſet ſi uixiſſet: cum audientes in
terrogat: quo nam modo ea quę adderāt & impēdebant ipſi de
pellere potuiſſent:aut ferre eius imperium ſi ille fuiſſet qd' opta
bat adeptus. Et calamitates oſtendit in quas illi incidiſſent:uiuo
Clodio. Vnde concludit ꝙ ſi cruentum gladium tenens Milo
uocaret ciues & diceret ſe Clodium occidiſſe propter utilitatem
reipublicę.cum ab eorum ceruicibus repuliſſent ſeruitutem.non
eēt tātum timendum quo nā animo id ferret ciuitas cum omnes
nunc ſentiant. T. annium Milonem cede Clodii plurimum rei
publicę profuiſſe:nec unquā in ciuitate tantam lętitiam extitiſſe
ſignificat. Et ut bene appareat utilitas quā ſit ex clodii morte res
publica conſecuta: dicit uiuo Clodio nūq̄ bona illa in republica

fuiſſe cernēda quę euentura ſperat. Cum ea quę priuare tenerent propria eſſe eorum non potuiſſent domināte homine furioſo. ita oſtendit clariſſime rationem illam ſuam antedictam de turbatione patrię:& uexatione bonorum.ꝛc.propter quam utiliꝰ fuiſſe perſuadet:ut occideretur q̃ ut relinqueretur ī uita. Deinde purgara obiectione breuiſſime quę opponi poſſent a clodianis eum uidelicet iſta dicere propter odium.non negat fuiſſe odium:ſed propter ipſiꝰ Clodii uitia ſibi fuiſſe cōmune cum omnibꝰ.& ut clarius oſtendat fuiſſe utilius eum perire q̃ uiuere. adducit ad iudices illam quęſtionē:quę in hac confirmatione conſtitutionis comparatiue tractanda eſt: cum dicit ut fingant animo abſolui Milonem:ita ſi clodiꝰ reuiuiſcat & abſqꝫ eo ꝙ ipſos quęrat utilius eos oſtendit ſolum hac conditionis imagine fuiſſe īteritos ut appareat q̃ damnoſum fuerit eum uiuere:& per cōſequēs q̃uti le trucidari.qđ ſimiliter etiam mōſtrat auctoritate pompei quā dicit ſi ferendo legem.ꝛc. potuiſſet Clodium ab inferis uocari: nūquam legem de ſua nece fuiſſe laturum. Et hoc propter reipublicę utilitatem.unde aſſerens eos iudices eius mortis ultores ſedere cuiꝰ uitam ſi putēt per eos reſtitui poſſe nolint.ꝛc. Adducit (ut ait Quintilianus)libro quīto.capitulo de anthimemate probationem expugnātibꝰ: quam quidam ſolum anthimemata uocant.Et deinde qđ Milo cōcludit confiteretur alacriter nec poenam timeret ab eis quos liberauiſſet.ꝛc.Deinde monſtrata utilitate quam eſt ex morte Clodii reſpublica conſecuta.Adducit exēpla gręcoruꝫ qui ſummū honorauerūt illos qui ciuos peſſimos aut tyrannos occiderūt ut Milonem etiam perſuadeat honorari Cōfeſſurumqꝫ audacter dicit fuiſſe Milonem ſi feciſſet libertatis omniū cauſa. Et hic nota ut ſemper defenſionis huiuſmodi ſibi conditio naturaliter attribuat propter iam dictam cauſam: & affert magno animi ingenio multiplicem rationem quare confiteri poſſet hęc Milo:qđ ad ſalutem publicam factum eſſet.deinde multis argumentis oſtendit hoc beneficium Clodianę cędis fortunę populi Romani & diis eſſe tribuendum: ut Milo q ipſorum deorum miniſter in ea cęde fuit nullo dignus ſupplicio ſed honore ampliſſimo iudicetur.deinde aggregans iterum clodii ſcelera:& oſtendens quę ulterius eſſet facturus in uitā ſuam ſi eam ulterius pertraxiſſet.ſignificat fuiſſe utile reipublicę ut occideretur ab illo qui ſolus eum poterat a furoribꝰ ſuis cohibere pręſertim uero cum oſtendat aliter nec rempublicam nec ſenatū ultionem de eo fuiſſe capturum:& clarificat calamitates in quas īcurriſſent niſi dii Clodium perdidiſſent: nihil aliđ uult q̃ oſtēdere ꝙ fuerit utilius eum occidi q̃ in uita relinqui. qđ multa quidem & uaria & eleganti hic ratōne corroborat:& omnia ſpectāt eo ut mors clodii uideatur utilior & eligibilior reipublicę q̃ eius uita. & perconſequēs eius occiſor magis laude dignus q̃ ſupplicio iudicetur.cum fecerit id qđ ſit utilius ciuitati.qui finis ſemꝑ intēditur ab eo qui ſe defendit in conſtōne iuridiciali comꝑatia uult enī talis ſemꝑ perſuadere utiliꝰ aut honeſtius fuiſſe qđ fecerit.& ſic fit hic.

¶ Deprecatio.

SEd iam ſatis multa de cauſa &cętera.Poſtquā Cicero confirmauit Clodium iure cęſum in conſtitutione iuridiciali per tranſlationem in Clodianas inſidias:eaſqꝫ ut ipſa tranſlatio haberet locum accurate confirmando probauit in conſtitutione coniecturali. Et deinde iterum iure caeſum Clodium demonſtrauit in conſtitutione iuridiciali comparatiua:ne quid intactum quod cauſę ſuę prodeſſet in hac oratione relinqueret. modo ſe uertit & confirmationem ſuam ad aliam conſtitutionem ſeu partem conſtitutionis iuridicialis.quę conceſſio nominatur per cuiꝰconceſſionis partē:quę depcatio nuncupatur nititur ſumma arte abſolutionem milonis impetrare: & bene ſicut ſupra in diuiſione ſeu expoſitione:quę diuiſionis eſt ſpecies prędixerat uidelicet ſe deprecaturum pro ſalute Milonis ſi prius oſtendiſſꝫ luce clariores inſidias inimici non niſi demonſtratis clariſſime Clodianis inſidiis depcatur.& quoniam depcatio fere in iudicium nō poteſt uſu euenire niſi quādo pro eo dicimus cuiꝰ multa tecte facta conſtant.ut Cicero dicit in arte.ideo cū poſſit multa pręclara Milonis opera memorare:ut facit ī cauſa iſta iuridiciali non indigne depcatione fuit uſus in qua non defenſio facti:ſed ignoſcendi poſtulatio continetur(ut Cicero inquit)in ueteri qui docet ſi pro aliquo claro & forti uiro dicamus ſub conditione utēdū eſſe depcatione ſic ut non uidearis. Et uti tamen hoc mō

Quid ſi iudices hic pro ſuis beneficiis pro ſuo ſtudio ꝙ in uos ſemp̱ habuit tali ſuo tempore multorũ recte factorũ ſuoꝝ cauſa huic delicto ut ignoſceretis poſtularet tam dignũ ueſtra mãſuetudine q̃ uirtute hui⁹ eſſet. O iudices a uobis hãc rem hoc impetrari poſtulante. itaq; in hac oratione ut ignoſceretur Miloni: & ſi non totaliter ſub conditione: ut in exemplo pręmiſſo: tamen effectum ſimili poſtulauit cum dicit. nõ Milonẽ ueniam poſtulare: ſed ſe. hic enĩ modus ſibi fuit uiſus honeſtior ut poſtularet ueniam quaſi inuito Milone. ne p̱ hoc ſiquidẽ cũ ſignificat uirum fortem etiã ĩ iuſtitia & ueritate plene confidere. Deinde etiã ut Milo miſericordia dignior uideať ꝓpter animi ſui conſtantiam expoſcit Cicero: ut nõ minus eius miſereanť q nõ ploret. ꝛc. Et probat ex hac ſua fortitudine animi magis dignũ uenia exiſtimari. & adducit deinde Milonẽ uoces fortiſſimi uiri proferẽtẽ Deinde per exclamationẽ cõmemorationẽ; beneficia: quę patrię ſuę feciſſet quo loco in deprecatione maxime utẽdum eſt. & idcirco in eo mira exornatione ſe exercet ſic: ut ſaxis poſſet lachrymas extorquere. Deinde oſtenſo quomodo ſecũ Milo fortiter colloquať ipſe cum Milone colloquiť. Et oſtendit ꝙ quãto ille ſit fortior tanto ab eo durius diuellatur: ut habeať cara Milonis nobilitas atq; uirtus. qui locus in deprecatione artificioſe uerſať Deinde ad iudices uerſus eos ſibi magna arte conciliat & rogat. ut ſi quid ipſos offenderit potius luat Cicero ipſe q̃ Milo. & ſic uſq; in finẽ multis ac uariis exornatõnib⁹ miſericordiã arte ſumma: & elegantia nitiť peruenire.

Concluſio orationis.

SEd finis ſit. ꝛc. hic eſt cõcluſio pars una orõnis & artificioſus terminus ipſius. cum enĩ Cicero orationẽ ſuam in dep̱catione cõcluderet uti maxime habuit cõcluſione quę ex connumeratione conſtaret. Concludens etenĩ hic miſericordiã captat: cum oſtendit ſe loqui non poſſe prę lachrymis quibus defendi Milo nõ uult: ut eum ſemp̱ oſtendat in iure confidere: & uirum fortẽ eſſe: & ſe ſubicit in eorum poteſtatẽ: quorũ miſericordiã; uult captare cum orat: & obteſtať ut iudicẽt: quia uirtutẽ fidẽ iuſtitiã ſuã probauit is maxime qui optimũ & ſapiẽtiſſimũ quẽq; legit. per hoc etiã eos ſibi conſilians audaces ad iudiciũ facit ex

uolũtate Pompei qui ipſos iudices in hac cauſa delegerat. Et ſic breuiter cõcludit hanc totã orõnẽ qua nihil pulchri⁹: nil ſuauius nil ſubtili⁹: nil deniq; altius: atq; artificioſius fingi põt.

De Elocutione.

VLtimũ ẽ ut de reliqua pte rhetoricę. uidel; orõis elocutiõe uideam⁹: de qua plane p̱ oĩa ſic dicẽdũ: ut dixim⁹ ĩ orõne Põpeiana ſupius. & de h⁹ ſilr ẽ exornatõib⁹ pſcrutãdũ colores.
Illa arma cẽturiones. ꝛc. hic ẽ color articulus: cum dictiones hic aliquę incopulate ponãtur.
De liberis: de patria: de fortunis. ꝛc. Articulus.
Si unquã. ꝛc. Repetitio eſt.
Marci oratii fortiſſimi uiri. ꝛc. Exemplum eſt.
P. africanũ. ꝛc. aut hala ille ſeruili⁹ & aliq̃ quę ſequũť. exẽpla ſũt proponũt enĩ facta aliqua cũ auctoꝝ nõib⁹. ut planũ eſt.
Pudicitiã cũ eriperet. ꝛc. exemplum eſt.
Didicimus accepimus legim⁹. ꝛc. diſſolutũ eſt.
Arripuimus hauſimus expreſſimus. ꝛc. diſſolutũ eſt.
Erant enĩ leges: erant queſtiones. diſſolutũ eſt.
Incẽdiũ curię oppugnationẽ odiũ cędẽ hãc unã. ꝛc. articulus ẽ.
Crimẽ iudicio reſeruaui rem notaui. ꝛc. diſſolutũ eſt.
Quid ergo tulit. ꝛc. ſubiectio ẽ: uſq; ad locũ illũ. uidet etiã.
Nũc igiť ulla queſtio. ꝛc. hic ẽ rõcinatio. in hoc enĩ ſcipionis exẽplo Cicero poſcit rõnẽ q̃re qcq̃ dicat: ut p; cõuenit ſibi exothẽa.
Caruit foro. ꝛc. Repetitio eſt: & diſſolutum.
Inſidiator erat ĩ foro. ꝛc. frequẽtatio ẽ uſq; ad locũ illũ. niſi forte
TOta hęc oratio eſt in demõſtratiuo genere conſtituta: & in
ea parte quo ſolum in laude uerſatur. Nam ſumme laudat
hic Cęſarem pro reſtitutione Marcelli: unde eſt attributa in ali-
cuiꝰ certę perſonę laudem: propter quod fit ut in demõſtratiuo
ſit genere laudat & ſumme Marcellum ut Cęſaris factum lauda
bilius uideatur tali homine patrię reſtituto: nec illa pars in qua cę
ſarem admonet de cuſtodia & cura uitę principale mutat genus
cauſę. omnia enim ad laudem Cęſaris referũtur: ut planum eſt.
ſic ꝙ hęc oratio (ut dixi) in demonſtratiuo genere tota eſt: & ſe
paratim tractata quod nõ ſępe accidere dicit Cicero. demõſtra-
tiuũ ſiquidem genus ſępius in cauſis cũ aliis duobus cõmiſceť.
ut ex dictis ſuperius in multis locis apparere põt.

¶ Conſtitutio cauſę in qua hęc habeť oȓo.

VIderi poteſt hic cõſtitutio iuridicialis: cum Cicero laudat
hic Cęſarem: ꝙ in reſtituendo Marcellum id clementer fe
cerit: qđ nõ ſolum iure ſed pie ac ſancte facere debuerit. Notan
dum tamen ꝙ in huiuſmodi genere ubi controuerſia nulla eſt:
non ſic aperte & faciliter conſtitutio cauſę emergit: ut in cauſis
apertarum cõtrouerſiarum quales ſunt iudiciales: & nõnunq̃ de
liberatiuę (ut enim ait Marcianꝰ) in demõſtratiuo genere quẽad
modũ ſtatus emergat nõ ẽ facile cõmemoratu.

¶ De rhetoricę partibꝰ hic conſiderãdis.

DE inuẽtione memoria & pronũciatione dicendum. hic ut
ſupra dictum eſt. Diſpoſitio autem non eſt ab inſtitutio-
ne artis profecta: ſed ad caſum temporis oratoris iudicio acco-
modata in partibus orationis. Nam ſi eſſet ab inſtitutione artis
profecta: non ſolum ordinem partium orationis: ſed etiam nu-
merum contineret oratio iuxta ſentẽtiam Ciceronis in arte noua
capitulo de diſpoſitione. Sed hic primo fit exordiũ. Deinde cõ
firmatio. deinde concluſio. Poteſt etiam notari propoſitio quę
dam loco narrationis: ut oſtendetur inferius. Mera enim narratõ
ne diuiſione & confutatione nequaq̃ eſt uſus eas non exigẽte cã
Interiectę ſunt breues quedã cõcluſiones ut cauſę genꝰ poſtula
bat quę oſtendẽtur inferius.

Pro· M· Marcello

¶ De partibus oȓonis exordium.

DIuturni ſilentii. ꝛc. Incipit hic oratio & orationis exordiũ
in quo Cicero laudaturus Cęſarem pro reſtitutione Mar
celli beniuolentiam captat: & animos audientium facit attentos
& dociles. Captat enim a perſona Cęſaris cum oſtendit finem ſi
bi ſilentii: quo uti conſueuerat. illo die manſuetudine & benefi-
cio Cęſaris factum eſſe. & ne irritare uideretur inuidiam contra
Cęſarem: quia uꝫ poſſet ĩtelligi ſe conſueuiſſe ſilere propter me-
tum interpoſitione. artificioſiſſime euacuauit hanc ſuſpitionem
de cauſa timoris: & cauſam hanc cõtulit in dolorem & uerecun-
diam res non tam inuidioſas. Nam plane fatetur ſe uehementer
de Marcelli exilio doluiſſe: ut etiam ſe magis gratum faciat Cę
ſari cum oſtendat etiam finem ſuo dolori eiuſdem clementia fa
ctum eſſe. Item captat beniuolentiam a perſona Cęſaris: cum di
cit ſe clementiam ſuam & manſuetudinem inauditam: & in ſum
ma poteſſate tantam modeſtam: tamq; incredibilem: & diuinaꝫ
ſapientiam nullo modo poſſe tacitam pręterire. Item attẽtos fa
cit auditores cum pollicetur ſe de mãdatis ĩuſitatis atq; diuinis
uirtutibus locuturum. Item dociles facit quia facit attentos. In-
quit enim ipſe in arte. docilis eſt qui attente audit. Nec eſt in hoc
exordio conſiderandum an genus cauſę ſit honeſtum: turpe: uel
dubium: quia nihil hic defendit: nihilq; oppugnatur. ut fit in iu-
diciali & in deliberatiuo. Et quando ſeparatim ab illis tractatur
demonſtratiuum genus quod raro accidit ſed fit. hic non ſumi
tur pręceptio exordiendi ab honeſtate uel turpitudine: uel du-
bietate cauſę. poteſt dici hoc eſſe exordium terminatum ad eaꝫ
partem ſubſequentem. Marco enim Marcello. ꝛc. & ibi eſt propo
ſitio qua utendum eſt aliquando cum narratione cauſa ipſa nõ
poſtulat ut uult Quintilianus de inſtitutione oratoria. capitulo
de narratione. & hic nullam fuiſſe narrationem neceſſariam ma-
nifeſtum eſt: cum dicat Cicero in arte noua. In demonſtratiuo
genere principio tractato narratio nulla eſt: quę neceſſario con-
ſequatur. poteſt uideri etiam exordium terminari etiam ad

eam partem: nullius tantum flumen ĩgenii. ꝛc. eſt enim eadem in
hac parte pro conſiliando auditore ſententia quę ad proprietatẽ
exordii ꝑtinẽt: q̄q̄ oratio iſta tota uideri poſſit eiuſmodi eo ꝙ
tota ad laudationem Cęſaris facta eſt: per quam laudationẽ eius
conciliatio cõparatur. Quare proprietas hęc exordii quę eſt con
ciliare animũ auditoris male poteſt a re aliqua oratõne diſtingui
Cum ſit oratio pure demonſtratiua apud eum pręſertim habita
cui⁹ laudatione continet. hac tamen parte poteſt exordiũ a con
firmatione diſtinctum uideri. ubi enim incipit per rationes oſtẽ
dere q̃ in facto hęc gloria Cęſaris magna ſit: ꝙ quoniam facere
incipit loco illo. nullius tantum flumen ingenii. ꝛc. Ideo ibidem
confirmatio demonſtratiua notãda non merito uiſa eſt. diuiſio
ne etiam non eſt uſus hic Cicero. ut ſuperius dictum eſt. nam cũ
diuiſio pars una orationis: aut aperiat quid conueniat nobis cu;
aduerſario: & quid in controuerſia reliquatur: aut fiat per diſtri-
butionem enumerando de quo: uel exponẽdo de quibus rebus
ſit dicturus orator: pro prima eius parte locum hic nõ habuit di
uiſio ubi controuerſia nulla erat. per diſtributionem autem non
repugnabat generi cauſę diuiſio. cum dicat Cicero in demõſtra
tiuo genere exponẽdas eſſe in diuiſione res q̃s: aut laudaturi: aut
uituperaturi ſum⁹. Sed hic opus nõ fuit: quia in exordio ſufficiẽ
ter dedit intelligere quibus de rebus eſſet Cęſarem laudaturus:
cum dixit tantam enim manſuetudinem: tam inuſitatam inau-
ditamq; clementiã: tantũ in ſumma poteſtate reꝝ omniũ modũ
tã deniq; incredibilẽ ſapientiã: ac pene diuinam tacitus pręterire
nullo poſſum modo. ꝛc.

Confirmatio.

NVllius tantum flumen ingenii. ꝛc. Cum in genere demon
ſtratiuo in laudatione confirmatiuo & in uituperatõne cõ
traria confutatio orationis aduerſarii intelligatur ut uult Cicero
in arte noua. hic merito dici põt eſſe confirmatio hui⁹ orationis
ubi per efficaciſſimas rationes incipit ſumma & ſingularis cęſa
reę clementię cõmendatio demonſtrari. & laudat̃ Cęſar a rebus
exterius dum ſaepe commemorat Cicero uictorias ſuas & for-
tunam & triumphos ſuos: hęc cum aliis ſuis actibus uirtuoſis

de manſuetudine & benignitate manantibus comparãdo & lau
datur apprime a rebus animi: & potiſſimum propter Marcelli re
ſtitutionẽ de miſericordia: clemẽtia: leuitate: manſuetudine: mo
deſtia: & ſapiẽtia ſingulari ac pene diuina. ut clariſſime patet in
textu orationis.

NVnc ueniam ad grauiſſimaꝫ. ꝛc. Pars iſta licet uideatur re-
fellere & confutare ſuſpitionem & exhortari Cęſarem ad
cuſtodiam uitę ſuę: & reſtitutionem reipublicę. tum ſe tenet ex
parte laudatorię confirmationis. Nam omnia iſta ad laudem cę
ſaris principaliter dicta ſunt. Confutatio autem ſi qua in hac cau
ſa inducenda fuiſſet: oportuiſſet eam fieri per uituperationẽ cõ
trariam laudationi: ſic ꝙ fuiſſet facta diſſolutio locorum cuiuſ
piam laudationis: ut in hoc genere fieri debet. qđ quia hęc non
poſtulauit oratio ideo confutatio nulla fuit. ſed tota confirma
tio dici debet uſq; ad concluſionem orationis: quę ſtatim ĩ fine
notabitur. & iſta ſimiliter orationis pars cęſareę potiſſimũ indu
citur ut ſuperior a rebus animi. Nam ęquitatem & leuitatem ſuã
cõmemorat & ſupplicat ut uirtute & cõſilio rẽpublicã cõſtituat
in ſtatu optimo. ut patet intuẽti.

Concluſio.

SEd ut unde eſt orſa. ꝛc. Hic ẽ concluſio or̃onis: in qua Ci
cero eleganter agens gratiarum actiones: & cõmemorans
lętitiam ciuium Romanoꝝ: & ſuam pro. M. Marcello reſtituto
terminat eo fine: quo debuit iſtam or̃onem. ſ. in gratiarũ actiõe
Nam oratio habita fuit pro colato beneficio & populo & ſibi.
ergo merito poſt laudationem gratias agere debuit uice populi
& uice ſui: qđ elegãter hic facit nec minus q̃ in arte docuit in hac
oratione eleganter exercuit. nam cum dicat in arte in hoc genere
demonſtratiuo concluſionibus breuibus eſſe utendum: uſus eſt
eis egregie locis aliquibus ibi. ſ. quare gaude tuo. ꝛc. omitte iſta;
quęſo. & ibi quare oẽs te qui ſalua hęc. ꝛc.

De Elocutione.

VLtimum eſt ut uideamus de reliqua parre rhetoricę: uide
licet elocutione: de qua per omnia ſic dicẽdũ ut eſt ſupra ĩ
Pompeiana. & de h⁹ ſimiliter eſt exornatiõibus ꝑſcrutandũ. ꝛc.

Colores.

Nullius tantũ flumẽ ingenii.&c. Tranſlatio eſt.
Tanta uis.tanta copia.&c.articulus eſt.
Omnes noſtrorũ imperatorum.&c.Repetitio ẽ.
Militum uirtus locorũ oportunitas.&c. Articulus eſt.
Nihil ſibi ex iſta laude centurio.&c.Repetitio ẽ.
Tibi cedit tuã totã ei propriã fatet.&c.Diſſolutum ẽ.
Nũq̃ enĩ temeritas.&c.ſentẽtia eſt.
Immanitate barbaras multitudines ĩnumerabiles.&c.articulus ẽ.
Animũ uincere iracundiam cohibere.&c.ſentẽtia eſt.
Aduerſariũ nobilitate ingenio uirtute.&c.articulus ẽ.
Clementer manſuete iuſte moderate.articulus ẽ.
Totiens de maximis tuis beneficiis.&c.repetitio ẽ.
Quę nõ modo ſentẽtia bona ſed ni miꝝ audebo uel ſola dicere.&c.ſentẽtia eſt rõne ſubiecta.
Sed quis ẽ iſte tam demens.&c.ſubiectio ẽ.
Conſtituenda iudicia reuocãda fides.&c.articulus ẽ.
Quę quidẽ nũc tibi oĩa belli uulnera.&c. Tranſlatio ẽ.
Omitte iſtam queſo.&c.Diſſolutum ẽ.
Si quidẽ gloria ẽ.&c.hic ẽ color diffinitio.hic enĩ proprias glorię amplectitur poteſtates breuiter & abſolute. conuenit enim cum ethymologia
Impia prouincias rhenũ occeanũ.&c.articulus ẽ.
Erat aũt obſcuritas quędam.&c.Diſſolutum ẽ.
Multi dubitabant quid optimũ eſſet.&c.repetitio ẽ.
Cum id ſolicitudine cura labore.articulus ẽ.
Magnis curis moleſtiis doloribus.&c.articulus ẽ.

¶Argumentũ orõnis.pro.Q.Ligario.

Quintus Ligarius ciuis Roman⁹ cum.G.conſidio cõſule profectus eſt legatus in Africam ante belli ciuilis prĩcipiũ Deinde prouincia decedente cõſcidio ligarius prefectus prouincię manſit in Africa. poſtea cum bellum exarſiſſet iter Cęſarem Pom.Ligarius nullo negotio ſe implicari paſſus eſt(ut dicit Cicero)Nam P.Accius Varrus:qui pretor Africã obtinuerat: uticam uenit:& arripuit imperium ad clamorem multitudinis imperite ad eum facto concurſu:& Ligarius aduentu ſuo quieuit. ſed neceſſitate manſit in Africa: quę prouincia contra Cęſarem tenebatur:ad quam prouĩciam bello ardente.L.Q.tubero cũ iuſto imperio ſibi a ſenatu:& forte ut moris erat dato ueniſſe eam intrare non potuit prohibente Ligario ut aſſerebat ipſe Tubero unde ad Pompeiũ iuit in Macedoniã:& apud eum de ĩiuria queſtus eſt(ut dicit Cicero)&cum eo fuit ĩ bello ciuili.quo bello finito Cęſar uictor Tuberoni & multis aliis patriã reſtituit:ſed ligarius exulabat: domi manentib⁹ duobus fratribus Ligarii qui cum Cęſare ſemꝑ fuerant. & cũ.Q.Tubero fili⁹.L.Tuberonis Ligariũ Cęſari accuſauiſſet ꝙ contra Cęſarem fuiſſet in Africa qđ ꝗ ipſuꝫ cũ p̃re ſuo ꝓuĩcia ꝓhibuiſſet:eũ Ligariũ Cicero hac inſigni orõne defendit & pro ipſo gratiã Cęſaris nitit ĩpetrare.

¶Genus cauſę in quo hęc habet orõ.

Haec oratio eſt in iudiciali genere conſtituta. habet enĩ hęc cauſa accuſationem cum defenſione.nam accuſatus apud Cęſarem a Tuberone Ligarius a Cicerone hac orõne defendit.

¶Conſtitutio cauſę in quo habet orõ.

Quodlibet genus cauſę conſtitutionib⁹ tribus abſoluit.cõiecturali legitima & iuridiciali. In omni &enĩ cauſa ĩ qua eſt accuſatio cũ defenſione:aut qđ accuſator intendit defenſor depellit negando ſimpliciter:&ſic ſtatus ĩ cauſa cõiecturali habꝫ locũ.aut fatet factum ſed iure factũ aſſeuerat.& tũc habet locuꝫ iuridicialis.& quia ſepe naſcit a ſcriptura:locum in hac ſibi legitima conſtitutio uendicauit. Itaqꝫ in aliqua harum trium conſtitutionũ p̃ns orõ ſit oporteret.Eſt aũt in iuridiciali conſtitutiõe quia in hac cauſa cõceditur factum:hoc ẽ ligarium fuiſſe in Africa.ſed an iniuria ęſaris factũ ſit querit.qđ aſſeuerat Tubero.cicero pro Ligario contradicit.Et cum iuridicialis conſtitutio diuidatur in abſolutã & aſſumptiuã:dicendum ꝙ hęc orõ in ꝑte aſſumptiua conficit. Eſt enĩ in conceſſione ut apparebit ſtatim quę cõceſſio ẽ ſpecies aſſumptiuę. ergo eſt in aſſumptiua.patet enĩ ſic eſſe per aſſumptiuę deſcriptionẽ. Aſſumptiua eſt enĩ pars inquit Cicero in qua cũ per ſe defenſio infirma ẽ: ſed aſſumpta extranea re cõprobat. aſſumitur ſiquidẽ neceſſitas manſionis in Africa ad cõprobandam cauſam Ligarii: quę aliis pro ſe uideri poſſet infirma apud Cęſarem cum nititur Cicero per purgationem Ligarium ipſum defendere. & aſſumitur etiam deprecatio

pars una cõceſſionis itaqȝ(ut dicebatur)apparet.ꝙ oratio hęc eſt
in parte aſſumptiua: quę pars in particulas quatuor ẽ diuiſa.uide
licet conceſſionẽ.remotionẽ criminis.tranſlatõnem criminis.&
cõparationem.Eſt igitur hęc oratio in aliqua iſtarũ conſtituta.ẽ
Conceſſio
enĩ in conceſſione quę fit quãdo reus poſtulat ſibi ignoſci. hoc
enĩ fit hic.obnixe admodum petit Cicero ut Ligario ignoſcatur
In purgationem & Deprecationem
a Cęſare.& cum ſpẽs ſiue particula iſta conceſſio ſubdiuidaṫ in
purgationẽ & deprecationẽ.dicendũ eſt ꝙ hec oratio ita in con-
ceſſione uerſaṫ. Nam ut ignoſcaṫ Ligario petiṫ per ambas ꝑtes
conceſſionis:purgationem.ſ.& deprecationem.Negat enĩ Cice
ro in Africa fuiſſe Ligarium conſulto & ex uoluntate:ſed per ne
ceſſitatem unam.uidelicet partẽ ſeu locum purgationis.& etiam
ſi peccaſſet & conſulto feciſſet Ligarius:quicqd fecit artificioſe
poſtulat Cicero:ut Cęſar miſereatur Ligarii. & ſic orõ in purga
tione & deprecatione uerſaṫ. unde per dicta patet quęſtio cauſę
Status cauſæ
conſtitutio in qua hęc habeṫ oratio fit iuridicialis aſſumptiua in
conceſſione per purgationẽ a neceſſitate: & per deprecationem.
Nũ tranſeamus ad reliqua.

De rhetoricę partibus hic conſiderandis.

DE inuẽtione memoria & pronũciatõne hic ẽ dicendum. ut
eſt dictum in pompeiana. Diſpoſitio autẽ hic eſt ĩ partib⁹
orõnis nõ ab inſtitutione artis profecta: ſed ad caſum temporis
oratoris iudicio accõmodata. Primo ſiquidẽ ponit cũ exordio
ſimul duo adiumẽta cauſę fortiſſima hac cauſa quibus maxime
utitur in orõne.deinde ponit narrationem.deinde confirmatio-
nem.deinde reuertiṫ ad exordii ſentẽtiam. deĩde ponit confuta
tionẽ.poſtea utiṫ alia ꝑte conceſſionis.ſ.pura deprecatione.& in
fine cõcludit. ut inferius oſtendetur.

De partibus orationis exordium.

NOuũ crimen.G.Cęſar.&c. Hic orõ incipit:& orõnis exor
dium qđ ab ironia incipit:ut aſſerit Marcianus in ſua rhe-
Marcianus
torica & qđ ẽ duob⁹ fortiſſimis adiumẽtis iſti⁹ cãę uallatũ:duo
Ironiam eſſe initium
ſiqdẽ ſunt in qbus orõ iſta maxĩe niti uideṫ humilis.ſ.ĩpetratio
orationis ligarianæ
uenię cũ miſericordię poſtulatõe: quę pars deprecatio nominaṫ
ut auctor ÷ marcian
& eſt pars una cõceſſionis. aliud eſt oſtenſio culpę ſimilis.in ac
cuſatore autem grauioris:& ipſius nonnulla donatio: quod

quidẽ eſt ualde efficax adiumẽtum: & ipſo ualde utitur Cicero
in locis ſuis.Incipit autem ab his duobus adiumẽtis cauſę tanq̃
ab argumentatione firmiſſima:qđ fieri debere cauſa poſtulante
docet in arte.Et cauſa quidem hęc optime poſtulabat.naȝ cauſa
hęc certe difficultatẽ habere apud Cęſarem uidebaṫ contra quẽ
a Ligario retenta Africa dicebaṫ.Ne igitur aures Cęſaris offen-
diſſet puro exordio nulla alia ratione firmato:aut narrationi ĩpa-
tientes & intractabiles:incoepit ab his adiumẽtis orationem ſuꝑ
quibus eſt eam potiſſimũ fundaturus. nam confeſſus eſt ſubito
cum ironia crimen deprimẽs quã diuinam ironiam Quĩtilian⁹
appellat & recte: qꝛ ita confeſſus eſt ut ueniam poſtularet:& faci
lius impetraret a cęſare.Deinde ad adiumẽtum aliud ſe cõuertit
oſtendens ſimile quid cõmiſſum eſſe a.L. Tuberone patre.Q.
tuberonis qui.Q.Ligarium accuſabat.& hic Cicero(ut Quinti
liano placet)uſus ẽ clauſula dicens.Itaqȝ prius de ueſtro delicto
confiteamini neceſſe eſt Ligarii ullam culpaȝ reprehendatis.Scie
bat enim Cicero tantam Cęſaris eſſe clementiam: ꝙ unuſquiſqȝ
qui ſe peccaſſe confitereṫ:& errati ueniam poſtularet: nõ modo
ſuas aures non offenderet: ſed ſibi cõciliaret. & uere ſimiliter co
gitabat tantam illius eſſe iuſticiã ꝙ pro cauſa eadem non plecteret
tur accuſatũ pro qua nõ fuiſſet ab eo punitus accuſans. Ideo ſic
incoepit:ut his duobus adiumẽtis primũ animo Cęſaris confir-
mato:& ad clementiam & ad iuſticiam: orationem demum alꝭ
deinde perficeret benignius audiẽdam. nec in iſto principio alꝭ
cõplexus ẽ exordii ꝓprietates:cũ eſſet cauſa ſuadente ad exordii
ſentẽtiam reuerſurus.ut inferius apparebit.

Narratio.

QVintus igitur Ligarius.&c.hęc eſt inſignis narratio orõnis
quam poſt ualida illa duo adiumenta in exordio ſupra ha
bitam ponit Cicero.quia enim habet hęc cauſa difficultatem: ut
ſuperius dictum eſt:propoſuit exordium taliter firmatũ ad cui⁹
exordii erat proprietates alias & ſentẽtiã reuerſur⁹. Ipſe enim in
quit in arte.Si cauſa noſtra magnam difficultatem uidebitur ha
bere:ut nemo ęquo animo prĩcipium poſſit audire:a narratione
cum ĩcoeperimus ad principii ſententiam reuertemur. Tale igiṫ
principium habuit: ut in eo uis quędam confirmatiua animum

Cęſaris cõmoueret. & idcirco cum eſſet tam difficilis & offenſi
ua uſus eſt in hoc ꝓhoemio apoſtropha & ironia:quibꝰ pręcepto
res multi artis ĩ ꝓhoemiis uti uetãt.ſed Quĩtilianꝰ libro quarto
oratorię inſtitutõis caplõ de inſinuatione ita cõcedit utendum:
ſi cauſę utilitas poſtulabit:ut in hac cauſa Ligarii poſtulaſſe con
memorat.& etiã ipſa; narrationẽ poſtpoſuit ſupra habitis adiu
mẽtis: ſuſpicans forte ne parum ipſa probabilis auribus Cęſaris
uideret:atq; ideo illa duo adiumẽta prępoſuit.nam dicit in arte
ſi narratio parum probabilis ẽ exordiemur ab aliqua firma argu
mentatione.& licet iſta adiumẽta cauſę non uideant in exordio
per modum argumẽtationis induci:tamẽ iuxta materia; & cõdi
tionem orõnis nõ uidet incõueniens ꝙ illamet de ipſis fiat cõſi
deratio: quę fieret de argumẽtatione directa deducta. Sunt enĩ
ad ꝑſuadendũ efficacia & ponũtur in confirmatione firmiſſima
orõnis iſtius.itaq; q̃q̃ poſtulatio uenię non ſit in argumẽtum ta
men eſt firmiſſimũ adiumẽtum qđ eſt ĩ hac cauſa ualde efficax
ad quã cauſam magna ex arte adducitur deprecatio.& q̃q̃ etiam
de per ſe non poſſit uideri bonum argumẽtum alterius culpę re
prehenſio:quia qui accuſat alterum innocẽtiam ſuam nõ probat
ſed alienũ detegit crimen:tamẽ eſt argumẽtum ad hominẽ & in
hac cauſa bonũ adiumẽtũ. Vnde appet ꝙ id qđ de firmiſſima
argumentatione pręponẽda docet Cicero: cum in arte loquitur
de diſpoſitõe:referri debet ad hęc etiã adiumẽta:quę hic eadem
rõne ante oĩa collocant:qua rõe docet ibi argumẽtatõe; firmiſſi
mã collocari.ſed ut ad narratõnẽ de qua hic agitur ueniamus:di
cendum ꝙ narratio iſta ualde nobiliter & artificioſe cõfecta eſt.
exponẽdo enĩ rem geſtam: hoc eſt profectione; & manſionem
Q.Ligarii in africa:unũquodq;(ut uide)trahit ad utilitatem ſuã
cauſa uincendi:hoc ẽ ſuũ propoſitũ obtinẽdi qđ in cauſa depre
catoria uincere eſt. Et narratio breuis ẽ dilucida & ueriſilis bre
uis primo quia unde neceſſe ẽ incipit narrare: incipit ſiquidem a
profectione Ligarii tẽpore nõ ſuſpecto:ut profectio illa non ui
deatur auribus Cęſaris odioſa. & ſic ut clare patet nõ ab ultimo
initio repetens ſummatim narrauit uſq; quo opus erat profecutꝰ
uſq;.ſ. ad aduentu; accii uarii & quietẽ Ligarii ut Cęſari notum
fiat alio obtinente impium Africę a tumultu & bello cõtra ipſu;

Breuitas narrationis
orati. ligar.

ceſarem quieuiſſe ligariu; : nec tranſitionibus utitur:nec deer
rat ab eo quod inceperit exponere.& omnia certe quę proſint
cauſę apit & pręterit inutilia.Dilucida autẽ eſt.Nam ut quic
quid primo geſtum eſt exponit primo:uidelicet profectione;:
deinde manſionem & cauſam manſionis:deinde repentinum
metum belli ciuilis:deinde in eo ſtatu rerum uoluntatem liga
rij ad redeundum:deinde aduentum uarij & concurſum gen
tium ad eum : deinde ligarij quietem a rebus tumultuoſis &
reꝝ ac tẽpoꝝ ordinem ſeruat iſta narratõ ita explicãs res ut ge
ſtę ſunt non contorte aut aliqualiter uicioſe: nec in aliã trãſit
rem: nec ab ultimo repetit:nec longe proſequitur: nec pręterit
pertinentia:& breuis ẽ unde fit dilucida. Veriſimilis autem ẽ
ꝙ dicit ut mos poſtulat.Mos enim erat ut legati cũ conſulibꝰ
in prouintias irent:ut iuit ligarius.unde narratio rei amore nõ
abhorret.Et cum Quintilianus libro quarto oratorię inſtitu
tionis capitulo de narratione nos doceat inſerere expoſitõi nar
rationem breuem re poſcente:& factorum rationem ad ueriſi
militudinẽ adaugendum. Videamus hoc eſſe in iſta narratõe
a Cicerone ſeruatum.nam(ut aſſerit ipſe Quintilianus)rei or
do per ſe talis eſt.ligarius legatus conſidio profectus eſt ꝛc.
Quid ergo.M.Tullius quintus ligarius cum eſſet nulla belli
ſuſpitõ legatus in Africam conſidio profectus eſt.& alibi nõ
modo ad bellum : ſed ne ad minimam quidem ſuſpitionem
belli ꝛc. Et cum eſſet iudicaturus ſatis ꝙ ligarius nullo ſe in
plicari negocio paſſus eſt:adiecit domum ſpectãs & ad ſuos
redire cupiens.Ita exponebat & ratione fecit credibile:& effe
ctibus quoque impleuit:& ſpacia temporu; congruunt:ut ue
riſimilis ſit ratione temporum : & profectio in prouinciam
& in ea manſio neceſſaria:& conſtat hic perſonę ligari digni
tas:qua factum eſt ut ſatiſfieri non poſſ; prouincialibus: niſi
poſt conſidium ligarius permaneret in Africa :ſimulque con
ſtat ratione cõſilioru; ligarij:& cęteroru; qui in hac narratione
nominantur.Itaque undequaq; ueriſimilis eſt.uſus eſt etiam
Cicero in hac breui narratione cõmunicatione quę non inutil'
eſt in pte narratõnis extrema:quãdo ſcilicet in longũ exegerit

ordo rerum:ut ait Quintilianus libro quarto oratorię inſtitutionis capitulo de narratione.hic autem & ſi non eſſet longa rerum expoſitio:uſus eſt tamen in parte illa ultima narratōis adhuc.G.Cęſar.Q.ligarius omni culpa caret:domo ē egreſſus:non modo ullum ad bellum:ſed ne ad minimam quidem ſuſpitionem belli ꝛc.Et nota ꝙ hęc cōmonitio ſapit epilogi naturam:ut conſideranti patere poteſt.

¶Confirmatio

AN ſi ille potuiſſet ꝛc.Hęc eſt cōfirmatio quā immediate poſt narrationem collocauit.Narratio enim negotio:ut ſcilicet ligarius iuit:& manſit in prouincia:& profectione & manſione in extrema commonitione purgatis:& ſic cęſaris animo conciliato:Cuȝ ſibi liquido fuerit oſtenſum omni tp̄e in narratione comprehenſo ligarium non contra ſe non conſulto prouinciam tenuiſſe:Incipit narratam manſionis neceſſitatem confirmari per coniecturas:Cum dicit nunquid ſi ille euadere potuiſſet uticę potius q̃ romę:cum.p.Accio q̃ cum concordiſſimis fratribus:cum alienis eſſe q̃ cum ſuis maluiſſet:q.d.non maluiſſet.& hic per coniecturalem locum ita arguit neceſſitatem remanendi incubuiſſe ligario.docet enim in arte ſuſpitiones ex conſtitutione coniecturali trahi:ut per eas ſignificetur:an id aliquid neceſſario factum ſit:an econtrá factum ſit conſulto.Et ne forte argui poſſet ſua culpa ligarium in hanc manendi neceſſitatem incidiſſe:añ monſtrauit ꝓfectionem non fuiſſe culpabilem:quia non turpem.ex qua profectione ſecuta eſt neceſſitas manſionis.Et nota ꝙ non fuit opus diuiſione in hac oratione:quia non enumerantur de quot:nec exponendo de quibus eſſet acturus:eo ꝙ conſtabat per accuſatorem Tuberonem apta iam ipſius cauſę ſbſtātia.unde non habuit locum expoſitio pars una diuiſionis:& ēt in extrema parte narrationis admonitione:uȝ de parte in partem abſoluit narratam cauſam eam purgādo per tempora:ut patet in littera orationis.& confutando reſpondet etiam de parte in partem.unde ablata fuit enumerandi neceſſitas quę magis uidetur accuſanti conuenire q̃ defendenti.patefecit eī accuſatio

certa ueſtigia defenſori:quibus ſibi eſt inſedendū.unde raro ſibi neceſſaria fit determinatio per expoſitionē uel enumeratōnem.nec ea diuiſionis parte fuit opus quę aperiret:quid cum aduerſario conueniret:& quid in controuerſia linqueretur.ꝙ unum tantū conueniebat manſio ſcilicet ligarij in Africa:quā manſioneȝ in principio orationis Cicero fuit confeſſus.cętera uero in quibus aduerſatur Cicero Tuberoni particulatim diſſoluit ut patet in lr̃a orōnis.

¶Concluſio confirmatōis.

NVllum igitur habes ꝛc.Hęc breuiſſima concluſio cōfirmationis breuiter pertractate ut patet.

¶Exordij ſententia.

CVius ergo cauſam ꝛc.Cum Cicero ſummus orator in principio collocarit duo cauſę adiumenta fortiſſima:& deinde narrauerit ad cōmodum cauſę omnia contrahendo:& demum pernarrata breuiter confirmauit:nunc anteq̃ ueniret ad confutationem in qua ſciebat magnam uim cauſę contineri.nam cum ipſe dicat in arte totam ſpem uincendi rationemq; perſuadendi poſitam eſſe in confirmatione & confutatione:maxime in confutando poni debet tota uis & potētia defenſoris.Anteq̃ ergo ad partem hanc laborioſam ueniret:ut dixi:uoluit per exordij proprietatem ſibi beniuolum Cęſarem comparare.Itaque reuerſus eſt ad exordij ſententiam:quia id non modicum ſibi commodum iudicauit.Et nota ꝙ huius cauſę genus dubium eſt:quia cauſa partem habet honeſtatis tum ratione perſonę ligarij:tum ratione facti.Nam cauſa ꝓfectionis ſuę fuit honeſtas & manſionis etiā honeſta neceſſitas.Et contra quodāmodo dici poteſt hanc cauſam partem turpitudinis continere.licet non ſimpliciter tamē reſpectīe ad Cęſarem queȝ offendiſſe uidebatur in prouincia ſibi inimica cuȝ aduerſariis permanēdo.Omne eīȝ quod ī aliqua cauſa animū auditoris offendit:poteſt quodāmodo turpitudo in cauſa illa dici.Etenim ad hoc ſolum turpitudo facit dubium genus cāę quia offendit animum quem ſibi oppoſita honeſtas ualde cōciliat.Eſt itaque in hac cauſa:tam q offendat Cęſarē manſio

ſcilicet ligarij in prouincia ſibi īfeſta . Eſt item quod conciliet: ſcilicet profectionis honeſta cauſa et neceſſitas manſionis. dubium igiť ut dixi genus eſt cauſę. ideo ne pars illa offendens ſibi poſſet obeē auditoris animum alienando egregie Cicero per hāc exordiū ꝓprietatem cęſaris beniuolentia; captare ſumma arte conatus eſt. Captat enī a pſona cęſaris auditoris in pn cipiis ſuam admirabilem clemētiam cū exclamatione extollēdo : p quā clementiā dicit ſe poſſe defendere alium non feciſſe quod ipſemet cōfitetur feciſſe. hoc eſt in uoluntate aduerſa cęſaris perſtitiſſe. Captat etiā lucē liberalitatis & ſapientię Cęſareę demōſtrādo cū clariſſime cōfiteť ſe fuiſſe contra Cęſarem iudicio & uoluntate: & hoc facit magno cum artificio: ut cum confeſſus fuerit ſe uoluntate offendiſſe cęſarem: magis clementiam & manſuetudinem cęſaris uideatur extollere. Vt enim ait Quintilianus oratorię inſtitutionis libro nono capᵒ de figuris ſententiarum: cum dicit Cicero ꝓ ligario ſuſcepto bello cęſar geſto iam ex parte magna nulla ui coactus ad ea arma profectus ſum: quę erant ſumpta contra te: non ſolum ad utilitatem ligarij reſpicit: ſed magis laudare uictoris clemētiam non poteſt. hęc Quintilianus. & recte ſic eſt ſignificādo pręſertim poſtea nullam ſibi penam a uictore cęſare data; eē: immo ſibi uitā & patriam cum honore & dignitate integre reſtitutam. quo loco dicens apud quē igiť hęc dico. apud eum &c. utitur figura interrogationis ad ſe ipſum: & reſponſionis: ubi non ingrate uices ſolent eſſe: ut placet Quintiliano. Itaq; captat egregie beniuolenciam illius de ſe māſuetum magnificūq; iudiciū proferendo . Tacite etiam inuit quę expectatio debet eſſe: & quę exiſtimatio iudicij in cauſa pñti: quando ligarius non offendit ex uoluntate cum fuerit tam manſuetu; : tamq; munificum cęſaris iudicium erga Ciceronem qui Cęſarem offenderat ex ſnīa.

beniuolentiam

beniuolentiam

figura interrogationis.

Confutatio.

Vu Ide queſo Tubero &c. Hic Cicero ad Tuberonem conūſus incipit ſuam accuſationem ſolēniter confutare. & icipit hęc pars ab illo adiumēto fortiſſimo in prima parte orōnis tacto. Oñdit enī ipſum Tuberonem accuſationem: & ipi⁹

patrem eadem contra Cęſarem: & peiora feciſſe q̄ ligarium: & tñ petere ut ligarius puniať quod dēt magnum inconueniens & ut facinus Tuberonis extollat magis utiť hoc loco amplificatōe: quę p congeriē fit dicens. Quid enī tuus ille Tubero diſtrictus in acie pharſalica gladius agebat: cui⁹ latus ille mucro petebať: qui ſenſus erat armorum tuorum: q̄ tua mens: oculi: manus: ardor aī. Quid cupiebas ac etiā ut Quītiliano placet oratorię inſtitutionis libro quarto capitulo de figuris ſententiarum. hic eſt iterrogatio figurata nō ſciſcitandi grā aſſūpta ſed inſtādi ſimulq; hic Cicero eſt uſus apoſtrophe aduerſarium inuadēdo. deinde confutans ibi improperat ſuam crudelitate: quā odioſam Cęſari eē monſtrat. Eſt enim oratoris boni non ſolum in refutatōe ut hic Cicero: ſed in toto actionis gñe contra crudelitatem īuehere. hęc autem Ciceronem feciſſe hic agentē contra Tuberonis inhumanitatem Quintilian⁹ ait liᵒ quinto oratorię inſtitutōis capitulo de refutatiōe. Deinde cōfutat nomen ſceleris ab aduerſario culpę: & facto ligarij impoſitū: oñdēdo ꝙ nō debeat ſcelus appellari: & ut cūq; ſit in eo ipſo uel ſcelere uel culpa fuerit Tubero tranſit inde ad ſpecialiora obiecta ligario a Tuberone. Et quia iſta defenſio ligarij in iuridiciali aſſumptiā conſtitutōe: & in conceſſione propter purgationem ex parte neceſſitatis fit pro parte una: & ꝓ altera fit per deprecationem: ut inferius apparebit. Videam⁹ q̄ bene ſeruauit & cōſiderauit Cicero in parte iſta neceſſitatis qđ in arte docuit ſimili in caſu eſſe conſiderandū. Docet enim eſſe q̄rēdu; quomodo uis illa ſiue neceſſitas uitari potuerit qđ hic quęrit egregie cum comparat factum. Q. ligarij cum facto. L. Tuberonis patris. Q. Tuberonis accuſantis: oſtēdēs ꝙ id qđ fecit Tubero quando ſcilicet iuit in Africam fecit ex uoluntate eo ꝙ ſenatui paruit quando non erat periculū nō parere. qđ uero ligarius fecit ex neceſſitate fecit: eo ꝙ ipſe ſenatui paruit quando parere erat neceſſe: tamen laudat obedientiam etiam Tuberonis eo tpe ut fortius excuſare: & etiam commēdare itelligatur obedientiam. Q. ligarij alio tempore. Et ut ligarius reprehendi non poſſit de eo ꝓpť quod eſt Tubero cōmēdād⁹

ac etiam ut uideaꝬ maior ligarium neceſſitas obligaſſe:oſten
dit ;etiam Tuberonē aliquali neceſſitate coñ ſuā uoluntatem
fuiſſe cōmotum: ꝓpter ſanctiſſimū rei.p.nomen.ꝛc.Sic ut in
illam neceſſitatem ligariꝰ nō ueniſſe ſua culpa ītelligaꝬ : cum
fuerit uírtus obedire ſenatui.deinde explicato facto Tubero-
nis a ligario crimen remouet uolūtatis oñdens ꝙ ſi fuit crimē
in uolūtate ligarij.fuit etiam in uoluntate Tuberonis:quaꝫ ex
ip̄ius actione criminatur ſūma cū arte:ut enim Quintilianus
artificis eſt īuenire in actōe aduerſarij:quę inter ſemetipſa pu-
gnent:aut pugnare uideanꝬ.quę aliqñ ex rebus ip̄is manifeſta
ſunt:ut in cā Celiana clodia aurū ſe celio cōmodaſſe dicit:qđ
ſignum magnę familiaritatis eſt : uenenū ſibi paratuꝫ ſummi
odij argumentum eſt. Tubero ligarium accuſat ꝙ is in Africa
fuerit.Et q̄riꝬ ꝙ ab eo tempore in Africam non ſit admiſſus
hęc Quintilianꝰ:& recte obtinē ſe quidē eam uoluit ꝓuinciā
Tubero: q̄ntū tñ iure imperij non uoluit obtinere ligarius ſed
uarꝰ:q ſe pro uero īpatore geſſit in Africa.Et ſic in ligario nō
fuiſſe criminoſa monſtraꝬ uolūtas:ſed ſola neceſſitas .Deíde
cōfutat reſpōſionē:q poſſet fieri a Tuberone.poſſet enī dicere
ꝙ ip̄e nō ueniebat in Africam:ut eſſet contra Cęſarem:ſed ut
traderet ꝓuinciā Cęſari.hoc ſibi tollit Cicero:& artificioſe ꝑ
ea quę ſunt ab eo geſta cōcludit Tuberonem hoc non fuiſſe
factuꝝ : ut pōt appere per argumenta Ciceronis ad hꝰ deducta
magna cum arte & ingenio.

¶Deprecatio.

ITa unde tibi ꝛc . Cum Cicero fuerit uſus confirmando
confutando in hac oratione una ꝑte conceſſionis: quę ē
purgatio.Nunc ad reliquā ſe conuertit:quę deprecatio nomi
natur.Quę licet(ut ait Cicero)iudicialis fieri nō poſſit:tamē
hic in iudiciali genere inducitur.ſed notandum ꝙ pura depre
catio de ꝑ ſe iudicialis proprie eſſe non poteſt:quia dep̄cari ꝓ
prie non eſt defendere : & ſine defenſione genus iudiciale nō
ſit.habet enim ipſum accuſationem cum defenſione .pręterea
nō iudicis qui proprius eſt auditor in cauſa iudiciali dep̄catō
ne moueri:& ſic non pōt intēdi finis oratoris ex ip̄a dep̄catiōe
apud iudicem.& ita intelligendum eſt ꝙ dep̄catio iudicialis
eſſe non pōt.ſ.pura de ꝑ ſe:tamen adiuncta cū alia defenſiōe
mere iudiciali:ut & pura purgatōe in iudiciali ēt cauſa tractaꝬ
dep̄catō.Et tūc illa cōfeſſio culpę q̄ p̄ſupponiꝬ in dep̄catione
fit cōdicionalis :ut ſi p̄mo purgādo dixeris nō peccaui:ꝙ per
neceſſitatem hoc feci.Deinde ſubiungas:& tñ ſi ex uoluntate
peccaſſem ueniam peto:& ores poſtea ut debet orari in depre
catione.Et ſic fit in iſta oratione iudiciali in qua etiam uberi
or dep̄catio induci potuit : quia cauſa apud principem ageba
tur:nec ex lege iudicāda ꝑ ſubditum legis:ut eſt merꝰ iudex .
& dico merus ad differentiā eiꝰ qui iudicis & principis locum
tenet.Sentit hoc etiā Quintilianus oratorię inſtitutōnis libro
quinto de refutatōne dicens:dep̄catio quidē quę eſt ſine ulla
ſpecie defenſiōis rara admodū:& apud eos ſolos iudices qui
nulla certa ꝓnunciandi forma tenentur : q̄q̄ ille quoqꝫ apud
G. Cęſarem & triumuiros ꝓ diuerſarum partium hominibꝰ
actiones:etiā ſi p̄cibꝰ utuntur adhibent tamen patrocinia niſi
hoc non fortiſſime defendentis eſt dicere :quid aliud egimus
Tubero niſi ut quod hic pōt nos poſſemus ꝛc.Ecce q̄ꝫ uult
eſſe hic dep̄cationem cum defenſione coniunctā:illa ſiquideꝫ
ſnía:ut Quintilianus ait libro nono de oratoria inſtitutione
capitulo de figuris ſententiarum admirabiliter utriuſqꝫ partis
facit bonam cauſam Cicero.Itaque defendit ligarium in hac
cauſa per purgationem oſtendēdo:ꝙ id quod fecit neceſſario
fecit:& utitur ſimul dep̄catione cum Cęſaris clementiam dep̄
catur :ut adhuc ſi ligarius feciſſet ex uoluntate:quod fecit per
locos deprecatiōis dignum oſtendat uenia.Itaque aſſerit nūc
ſe omnia uelle referri ad ſummam unam ſcilicet clementię &
miſericordię Cęſaris:quod dignū quātū ad ſniam p̄mo fuit
in orōis principio collocatū tanq̄ unū fortiſſimū adiumentū:
ī quo hęc orō nitereꝬ. ualde ſiquidē nitiꝬ hęc orō in uenię pe
titione:& poſt purgatōeꝫ in dep̄catione : ut appareat ſpecialiꝬ
in ea parte in qua oſtendit ſe nō agere apud Cęſarē tāq̄ apud
iudicē:ſed tanq̄ apud parentem:& tamen colligit adiumenta
quę ualerent etiam apud iudicem:per eam monſtrās īnocētiā

ligarij: & quaſi non uelit curare de ipis tendit ad deꝑcatõe; cui ſtudes ut uides fatendo: & ueniã poſtulãdo: & quãtũ põt Cęſarem ad miſericordiã cõmouẽdo: ꝗ mĩa qm̃ potiſſimũ commoueť hac or̃one: ut Cicero ĩquit in arte qñ aperiť qd ꝓximis: & cęteris noſtris neceſſariis caſuꝝ ſit ꝑ noſtras calamitates. iõ nunc oſtendit in quanta miſeria futuri ſint: & quanto nunc ſqualore teneanť multi. Q. ligarij neceſſarij ꝓpť ipius exiliu;. & q̃uo duo ſui fratres exulaturi ſunt exultãte ligario: & q̃uo hi qui ꝓ ipo deꝑcanť ſint nobiles & ꝓbi: & quãto & ꝗ iuſto dolore moueanť: ꝗ oĩa multũ ualẽt ad mĩam cõmouẽdam. & cũ fuerit Cicero confeſſus ut haberet mĩam deꝑcandi ne in pura ſiue cõditõe aliqua ꝑſiſteret: ſed ut cõ ditionalr̃ fatereť qď ſiendũ eſt qñ adiuncta deꝑcatõ purgatõni: ut ſupra dixi. oñdit iterum ligariũ tempeſtate: & ui quadã a Cęſare deſcenſiſſe: & demõſtrat ꝓpť tãtam frũm illoꝝ concordiã ſi potuiſſet futuꝝ fuiſſe cũ Cęſare cũ quo reliqui frẽs fuerũt: nec ꝑ hoc curat regredi ad purgatõe; iã a neceſſitate tractatã: ſ; uult ex hꝫ deſcẽdere ad cõfeſſionẽ illã cõditõnalẽ: ut facit cũ dicit ꝗ ſi cõſilio id feciſſet ꝛc. Et cũ doceat in arte Cicero deꝑcãte; oñdere debẽ ſi ꝓ cã aliis quoq; ſit ignotũ: hꝫ ẽt oñdit dicẽs ſi adhuc uolũtate peccaſſet ſilĩs eẽt eoꝝ quos tãtum Cęſar uoluit ſaluos eſſe. Et cum ſilr̃ doceat deꝑcantẽ inde ueniã poſtulare: & allegare ſi plura: aut maiora officia ꝗ maleficia uidebũť ꝯſtare bñficia fratrũ ligarij olim facta in Cęſare; allegat: quos fratres ut melius mĩam moueat oñdit Cęſarem deꝑcari: & uirtutẽ uoluntatemq; deꝑcantiũ ꝓ ligario ſępe in hac deꝑcatõnę cõmemorat: ut facere dẽt ex arte. Cũq; Cicero in arte nos moneat ut deprecantes ſignificemus nullam a ciuibus noſtris: aut ab aliis gentibus uituperationẽ ſuſcipere poſſe illum quem deꝑcamur ſi cõceſerit ueniam. eleganter locum illum hic tractat oſtẽdẽdo Cęſarem non ſolum nõ poſſe expectare ex hac uenia data uituperationem aliquam: ſed ſummam ſibi gloriam & gratia; populi cumulaturum: & talem qualem accepit in reſtitutione Marcelli: & ut illi ſępiſſime quęrat ſimile exhortať.

Concluſio.

Pro Q. Ligario

LOngiorem orationem ꝛc. Cum terminaret Cicero oratõnem in parte deprecationis concludere bene habuit concluſione quę ex commiſeratõne conſtaret: in qua breuiter miſericordia commouetur. Mouere enim ſtudet Cęſarem ad miſericordiam: cum in fine demonſtart ſalutem daturum illis ꝑſentibus qui pro ligario pręcebantur: ſi ligario dederit uñ ſeruat id qď docet in arte. Na; dicit ibi captari miſericordiam ſi oſtendamus quid ſit noſtris euenturum: ſi obtinuerimus aut ſi non obtinuerimus ſalutem ſiquidem dicit daturum Cęſarem ligarianis obtinente ligario. Et ſimul debet intelligi ipſo non obtinente Cęſarem illos pręſentes ligarij amicos: & neceſſarios afflixurum a ſumma miſericordia. poſſ; etiam tota depręcatio pro concluſione notari. Eſt enim hęc pars ſignanter effectuum effuſiua: ut alias dictum eſt: propterea male poteſt per aliquas proprietates a deꝑcatione diſtingui.

De elocutione

VLtimum eſt ut de reliqua parte rhetoricę uidelicet oratõnis elocutione uideamus: de qua plane per omnia ſic dicendum: ut ſupra eſt dictum ĩ Pompeiana: & de huius ſimilr̃ eſt exornationibus perſcrutandum.

Colores.

QVi cum hoc ſciret tum me ꝛc. repetitio eſt.
Quę tua mens oculi manus ardor. Articulus eſt. Item amplificatio per congeriem iuxta Quintiliani ſententiam.
Italia prohibetur exulat ꝛc. diſſolutum eſt.
Noui enim te noui patrem noui domum ꝛc. repetitio eſt. Item diſſolutum.
Virtutis humanitatis doctrinę ꝛc. Articulus eſt.
Caue credas: caue ignoſcas ꝛc. repetitio eſt. Item diſſolutum ẽ
Caue credas fuit in Africa ligariꝰ tulit arma cõñ te diſſolutũ ẽ
Spem cupiditatem odiũ ꝑtinaciã ꝛc. hic eſt articulus.
Fuerint cupidi: fuerint irati: fuerint pertinaces ꝛc. diſſolutum eſt. Item repetitio.
Furoris paricidij ꝛc. Articulus eſt.
Liceat. G. Pompeio mortuo ꝛc. diſſolutum ẽ. Item repetitio.

Veſtro generi familię diſciplinę ⁊c.articulus eſt.
Aliena uoluntas conuentus firmi ⁊c.articulus eſt.
Ceſſit auctoritati ampliſſimi uiri ⁊c.diſſolutum eſt.
Quę fuit igiť in illo hoīe tanta conſtantia? dico cōſtantiam.
Neſcio an melius patientiam poſſem dicere ⁊c. dubitatio eſt.
Nobilitas ſplendor ingenium ⁊c.articulus eſt.
Nunc q̄ro utrum uřas iniurias an rei.p.ꝑſequamini ſi uřas ⁊c. diuiſio eſt.
Ignoſcite iudices errauit lapſus eſt .Articulus eſt.
Non fecit non cogitauit ⁊c.diſſolutum eſt.
Dic te Cęſar de facto ligariꝫ ⁊c.diſſolutum eſt.
Ligarius ante bellū ꝓfectus ⁊c.Articulus eſt.
Tam & ſi totus aīo:& ſtudio dirꝰ ⁊c.ꝓciſio eſt .cōuenit cū eclipſi figura:& cū liptote:& cū apoſiopoſi cum qua etiam cōuenit ſignificatio per abſciſioneꝫ.
Errauit temerarię fecit poenitet ⁊c.diſſolutuꝫ eſt.
An ſperandi ligario cauſa non ſit ⁊c.contrarium eſt.
Totūq; agrum ſabinuꝫ ⁊c.denominatio eſt continens pro contento.Item articulus pro ſequentia.
Quā patria q̄ domus q̄ diꝫ penates ⁊c.repetitio eſt.
Moueant te hoꝝ lachrymę ⁊c.diſſolutum eſt.
Hunc ſplendorem hunc.L.marcū ⁊c.articulus eſt.
Sed ierit ad bellum diſcēſerit ⁊c.diſſolutum eſt.
Nihil eſt tam populare q̄ bonitas ⁊c.ſnīa eſt ad rem tantum relata ut ait Quintilianus.
Homines ad deos nulla re proprius accedunt q̄ ſalutem hominibus dando ⁊c.ſententia eſt.
Nihil hēt:nec fortuna tua maiꝰ:q̄ ut poſſis:nec nā meliꝰ q̄ ut uelis conſeruare q̄ plurimos . ſnīa eſt ad perſonaꝫ uerſa.
Nam hic Cicero quę erant rerum propria fecit hominis ut ait Quintilianus.

¶Explicit pro.Q.Ligario.

Argumentum orationis pro rege deiotaro.

Deiotarus Rex amiciſſimus populo .ro. bello ciuili cum Pompeio fuit.Et poſt pugnā farſalicā ſe cōtulit domuꝫ atq; deinde.G.Cęſari bella gerēti ſbſidia adminiſtrauit.Quare ab ipſo Cęſare relictus rex fuit in regno ſuo aliquātulū ab eo:ꝙ ſibi Pompeiū in amicitia ꝓtuliſſet:rerum ſuarum parte mulctatus. Is deiotarus poſtmodū ꝑ philippū medicū ſeruū ſuum(quē romā cū legatis ſuis miſerat)accuſatꝰ eſt Cęſari:ꝙ cū ipſe Cęſar diuerſareť in hoſpitio apud deiotarū in caſtello Luceio cum rex interficere ꝓparauit .collocatis ꝓmo armatis in loco ubi erat regia dona daturꝰ Cęſari. Deinde iteꝝ collocatis armatis in balneo ad q̄ loca datis tētoribꝰ cū Cęſar ire recuſauiſſet:diciť ab accuſatore nō uoluntate deiotari: ſed ſua fortuna eſſe ſeruatū.Etiam accuſatus eſt deiotarꝰ ab eodem ꝙ fuiſſet ſemꝑ aduerſus Cęſarem aīo impio atq; alieno : ꝙq; exercitum coñ ipm cōparauiſſet : ꝙq; nūcios ad celiū quēdā inimicum Cęſaris deſtinare uoluiſſet : ꝙq; equites nō bonos Cęſari miſiſſꝫ:& in his ſeruum quēdam iudicatū : ꝙq; bello Africano audiens domiciū ꝑiſſe naufragio Cęſarē obſideri uerſū gręcū dixiſſꝫ dire & ſuſpectę ſnīę : ꝙq; ꝓ illa lętitia uino obrutus in cōuiuio ſaltauiſſet: ꝙq; Bleſannꝰ legatꝰ & amicus regius regi ſcripſiſſet ꝓbra de Cęſare.has accuſatōes Philippꝰ ille ſeruus & medicꝰ fecit coñ deiotaꝝ dn̄m ſuū:ut dicit hic Cicero corruptꝰ & ſbornatꝰ a Caſtore quodā adoleſcēte nepote deiotari eiꝰ ex filia nato:& auo ſuo inimiciſſimo.coñ quas accuſationes & ſuſpitiones inductas Cicero coram Cęſare hanc orationem habuit.

¶Genus cauſę in quo hęc habetur oratio.

Haec oratio eſt in iudiciali genere conſtituta.habet enim hęc cauſa accuſationem cum defenſione . accuſatus enī deiotarus a Philippo ꝙ propter inſidias .G. Cęſarem necare uoluiſſet.hac egregia oratione apud ipſum Cęſarem a Cicerone defenditur.de demonſtratiuo quod incidit dicendum :ut ſupra in aliis orationibus dictum eſt.

¶Conſtitutio cauſę in qua hęc habetur oratio.

H Aec oratio in cōiecturali conſtitutione cōſiciť. Patet eñ
ex cōtextu & ſerie or̃ois accuſatoris ītentio. Iſta uidelicꝫ
Ceſarē occidere uoluiſti: fuiſti coñ Ceſarē aīo īpio: atqꝫ alie-
no ꝛc. & ſic de aliis ceterꝭ. accuſatōibꝰ ꝑtibꝰ dicēdū ꝙ ſint ſim
pliciter negatę: ut patet. tū lr̃a or̃ois. uñ cōſtitutō cāę cōiectu
ralis eſt.   De rhetoricę ꝑtibꝰ hic cōſiderādis.

D E inuentione memoria: & pronūciatione hic dicendum
ut ſupra in Pompeiana dictum eſt. Diſpoſitio uero in
ꝑtibꝰ or̃ois hic nō ab īſtitntōe artis ꝓfecta: ſed ad caūm tem-
poris oratoris iudicio accommodata eſt. Poſito enim exordio
narrationem quandam ponit antefactorum regis deiotari: &
ſimulꝫ antefacta purgando in fine huiuſce narrationis: propo-
nit breuiter cauſam qua arguit in pręſens. deinde confirmat
poſt confutat: poſt diuidit quę purganda reſtant: poſtea pur-
gat & confutat: poſt extenuat antiquam ſuſpitionem quę poſ
ſet in mente Cęſaris reſidere. Poſt adducens aliqua argumen
ta concludit ut apparebit iſta ſingulariter cōſiderando: & oīa
ſecundum artem hoc ordine mirabiliter collocata.

¶ De partibus orationis Exordij.

C Vm in omnibus cauſis grauioribus ꝛc. Hic incipit or̃o
& or̃ois exordiū in quo ē cōſiderādū: ꝙ cum huius cāę
dubiū genꝰ eēt: ut ꝙ foret turpis accuſatio: ſed accuſati ſingu
laris honeſtas: ꝙ quodāmō ī hac cā turpitudo accuſatōnis cū
accuſati honeſtate pugnaret. uñ redditur dubiū genꝰ cāę ma-
xime opus fuit ut orator beniuolēciam capet auditoris: ne qd
illa turpitudinis pars ſibi poſſet obeſſe: quę quidem pars cuꝫ
in omni cauſa maxime obeſſe poſſit: cuꝫ plurimum in hac cā
in qua erat auditor iudex is contra quem inſidię factę dicebā
tur. Quapropter ne perſiſteret animo alienato propť accuſatio
nem turpē ſummo ſtudio fuit Cęſar ad beniuolentiam reuo-
candum. Itaque ſi cuiq̃ longiuſculum hoc uideatur exordiuꝫ
non miretur aut damnet. Nam ut ait Quintilianus modus
in principiis adhibendus eſt pro conditione cauſarum: quia
breue principium ſimplices longius perplexe ſuſpecteque: &
infames deſiderant: lector peritus ergo cōſideret potiꝰ quāta
arte: quanto īgenio utendum fuit in cauſa pręſenti: in qua de
inſidiis contra Cęſarem agebatur. Cicero parti ſuę beniuoluꝫ
Cęſarem compararet ꝙ elegantiſſime facit. Nihil enim omit
tit ex his quę poſſint: ne dum homines alienatos a nobis: ſed
lapideos prorſus ac ferreos ad beniuolentiam commouere.
Captat equidem hic beniuolentiam a perſona Cęſaris audito
ris: & a perſona deiotari: a perſona aduerſariorū ipſos in odi-
um inuidiam & contemptionē adducendo. Arte autem ipſa
in hoc exordio beniuolum ſibi Cęſarem facere non poterat.
Nam res ipſa: & cauſa per ſe ipſam cōſiderata: potius ſibi alie
num reddebat pręſertim anteq̃ eſſet ueris aut probabilibus rō
nibus cōfutata: quod nundum in exordium factum erat ſed
ab ipſa re: & cauſa beniuolentiam poſt captauit q̃ cito potuit.
prima uidelicet particula confirmatōnis breuiſſime abſoluta
cuꝫ incipit rationes aduerſariorum cōfutare ubi ait. En crimē
en cā. Cur regeꝫ fugitiuus dominum ſeruus accuſat ꝛc. Ibi enī
aduerſariorum cauſam per contēptōem deprimendo beniuo-
lentiam a re capta. nec enī conuenit eam captari alia in parte q̃
in exordio. Nā licet attentos dociles & beniuolos facere effe-
ctus ſint magis inconuenientes exordio: poſſunt tamen īmo
debent in qualibet alia parte orationis re id promittente com
parari: ut uult Cicero Quintilianus: & alij qui de arte oratoria
rite ſentiunt. ſed ut ſequamur qď īcepimꝰ captat eleganter Ci
cero beniuolētiā a pſona Cęſaris: cum dicit rē inſolitā inaudi
tam regē. ſ. eē reū capitis ī ſuo dūtaxat piculo non eē nūq̃: ꝑ hꝰ
eī occulte Cęſarē ſup cęteros hoīes magnificat: cum oñdit in
ſuo nō ſolū piculo licē qď alios nō liceret. Itē cū dic ſe timore
iuſto ex conſideratione ſuę pręſtantis ſingulariſqꝫ naturę li-
berari: quod enim per ſe conſideratum graue ſit iniquum dicē
. ſ. apud eum de facinore contra quem arguatur facinus eſſe
factum per Cęſaris patientiam fieri dicit ęquiſſimum. Item
cū dicit ſe tantum timere quid ſit de deiotaro iudicaturus q̃
intelligere: quid uellet de ſe ipſo iudicari. Apparet enim hic
q̃ expectatō iudicio cęſario ſit: & q̃ ſit exiſtimatō de cęſarea
uolūtate. Itē cū dic ſe ī uultu oculiſqꝫ eiꝰ acqeſcē: q̃ ſolus ipe

Cȩſar ſuppleat defectum concurſus populi.Ro. & unus ipſe
ꝓ uniuerſo populo ſatis ſit.Item cum per fidem:cōſtantiam:
atqꝫ dementiam ſuā implorat:& per dexteram ſuam:non tam
in prȩliis:q̃ in promiſſis:& fide firmiorem.Item cum dicit cū
ſolere facile & ſemel exorari:nec ullum inimicum eū placaſſe
qui ſenſerit poſtea in animo ſuo ſimultatis reliquias reſediſſe
ſic in hoc exordio beniuolentiam captare ſtudet Cicero a ꝑſo
na cȩſaris: & cum nos Cicero in arte doceat beniuolentiam a
noſtra ꝑſona captare:intelligamus contineri perſonā illius ꝓ
quo oratur ſb̄ oratoris ꝑſona: ſic ꝙ prȩcepta eadem in utraqꝫ
perſona ſumenda ſunt.Hoc tn̄ ſciendum ꝙ eoꝝ pro quibꝰ di
cimus debeamus uberius laudare:uel facta:uel uitā.ꝑſonaruꝫ
uero rerum laudatio moderate tractanda eſt.Itaque cum mō
captat beniuolentiam a ꝑſona deiotari.his idem uſus eſt mo-
dis quos inſtituit in arte ſeruandos.Cū a noſtra perſona eſſe-
mus beniuolentiā captaturi. Captat enī ꝓ cum officia regis in
rē.p.dicit eſſe collocata: cūqꝫ ob merita illa aſſuetum ornari a
cuncto ſenatu:& cum hoc ſtatu profert incōmodū ſuū: ut hic
ſcilicet talis rex mō neceſſitatem hēat defenſores cōtra crimē
atrociſſimum.Item cū dicit oēs ciues ſi in foro diceret illi re
gi eſſe fautores qui in bellis romanis ſuam conſumpſit etatē.
Item cum dicit ſibi recordanti beneficiorum deorum immor
talium: & ſenatus in rege deiotari nullo modo orationeꝫ poſſe
deficere.Item cum incommoda regis profert oſtendens eum
eſſe affectum nonnullis incommodis & detrimentis propter
offenſionem animi cȩſaris.Et hac ſpe fretus inimicos regis eū
accuſare.Item cum cȩſarem deprecatur ſummiſſe pro rege de
iotaro:& hoſpicij ſanctiſſime celebrati cuꝫ eo memorem facit.
A perſona autem aduerſariorum beniuolētiaꝫ captat: adducē
do ipſos in odium:cum eorum crudelitatem & impietatem ex
probando commemorat:& cum maliciam corrupti ſerui cōfi
dentiamqꝫ inſidioſam:atqꝫ improbaꝫ eorum ſignificat.Item
ī iuidiā adducendo cum oñdit eos plꝰ in cȩſaris ira & ſua cū
illo amicitia q̃ in cāȩ ueritate cōfidē.Itē in cōtēptū adducēdo
cū eos dic̄ nō ualē:neqꝫ īgenio:neqꝫ uſu:neqꝫ exercitatōe reꝝ.

& cum ſibi uilitatem conditionis ſeruilis improperat. Sic ex-
ordium hoc conficit Cicero ingenio:atque arte mirabili mul-
taque in eo ſunt ut in alijs ab illo eloquentiȩ fonte manantibꝰ
quȩ clarius intellectu percipere poſſumus:q̃ exprimere per ſer
moneꝫ. omnia enim apud eum plena ſunt artis:& illius ſuȩ di
cendi inextimabilis facultatis. ¶ Narratio

QVanq̃ cui ſunt inauditȩ ꝛc.In hac oratione in qua negat
factum opus nulla narratione defendenti fuit. Et exor-
dio poſito potuit:aut diuidere:aut confirmare:aut confutare.
Nam illa narratio quȩ aperit cauſȩ ſubſtantiam accuſanti ma
gis eſt propria:quā poſitā ab accuſatore non debet orator ido-
neus in defenſione repetere:faciens de ipſa unam ſeparatā par
tem orationis. ſed decet per ſingulos locos ire diluendo quȩ
ab aduerſariis ſunt narrata:eamqꝫ cauſe narrationem particu-
lam explicare confirmando aut confutando.quo facto inue-
niſſe orator expreſſiſſe totam narrationis ſeriem:eamque ſil̉
agendo aliud ad ſuum proficuū conuertiſſe.Cum igitur Cice
ro in hac oratōne non haberet integram accuſationem poſt ex
ordium in narratione repetere:alia uſus eſt narratōne anteq̃ ue
niret ad confirmationem:quȩ quidem narratio ſibi utilis uiſa
eſt:ut ſi cȩſar haberet auimum iratum contra deiotarum pro-
pter ante acta deiotari:quia aliquo tempore fuiſſet contra cȩ-
ſarem cum Pompeio:ipſe animum ſuum hac prius rei expoſi
tione in qua narrat & excuſat ante acta deiotari: ut poſtea ad
hanc cauſam non ſic difficilem eius animum inueniret.Itaqꝫ
alicui forte poteſt hanc quā uoco narrationem plus habere de
exordij ratōne eo ꝙ animum prȩparet:& cōciliet auditoris.ul̉
plus habere de rōe cōfutatōis eo ꝙ ea q̃ obiici poſſēt purgat.
Sed nec cōciliatō:nec purgatō hic auferūt talis narratiōis naꝫ.
qm̄ narratio una eſt ut ait Cicero cū exponimꝰ rem geſtam:&
unūquodqꝫ trahimꝰ ad utilitatē nr̄am uīcēdi cā:q̃ narratō ꝑti
net ad eas cās de qbꝰ iudiciū ē futuꝝ.Et hȩc eſt illa narratō q̃
ꝑncipal̉r ſpectat ad cāꝫ ſn̄ q̃ cognoſci cā nō pōt.Alit̉ eſt narra
tio quȩ intercurrit nonnunq̃:aut fidei:aut criminationis: aut
tranſlationis: aut alicuius operationis:aut laudationis cauſa.

Et buiuſmodi eſt iſta narratio quā bic prępoſuit ut anteacta
purgādo animū cęſaris appararet:& eſt diuiſa in partes duas.
Nā narrata cauſa qualiter deiotarus cum Pompeio fuit.oſtē
ſo ꝙ poſt fuerit amicus cęſaris:& ab ipſo cęſare remuneratus
proponit breuiſſime principalem partem accuſationis:quę ꝙ
grauior eſt cauſa.Primo īcipit purgare . pars iſta eſt ibi.Is igi
tur non modo a te periculo liberatus.ubi proponit banc partē
principalem ſuper qua uult fundare confirmatiouem.Et eſt ſi
quidem iſta narratio illuſtris & clara & artificioſe compoſita.
Nam eſt & breuis & dilucida & ueriſimilis: & per partes ſin-
gulas cum artificioſa purgatione coniuncta:ut apparere pōt
eam accurate conſideranti.

¶ Confirmatio.

QVod tu niſi cum furioſiſſimum ꝛc.Hic eſt confirmatō
parua uſque ad eum locum qui incipit cum inquit in ca
ſtellum ꝛc.Vbi incipit confutatio.exponit enī bic aliqua ſua
argumenta cum aſſeueratione.In ſequenti autem parte diſſol
uit locos contrarios . Quapropter particulam banc a ſequenti
diſtinxit:in qua arguit Cicero per probabile a uita deiotari cū
ipſius integritatem & boneſtatem uitę mores . conſtantiam.
probitatem.religionem.& fidem prędicat.arguitque per pro
babile a cauſa:cum oſtendit deiotarum ſolum ex cogitatione
tanti ſceleris fuiſſe contra ſūmū omnium gentium ac popu-
lorum arma excitaturum:& per conſequens maxima incōmo
da ꝓlapſurum . Fit ex arte enim defenſio per probabiie a cau
ſa:cum defenſor negat cauſam ſibi fuiſſe maleficij aut illam
extenuat. Quanto ergo magis erit iſta defenſio per ꝓbabile a
cauſa : cum defenſor bic Cicero oſtendit non ſolum cauſam
fuiſſe deiotaro Cęſarem occidendi:quia uel appeteret cōmo
da:uel declinaret incommoda.ſed banc unam fuiſſe cauſam
ſui exicij.uidelicet ſi feciſſet uel & ſi cogitaſſet boc ſcelus:nec
ipſum deiotarum boc ignorare potuiſſe demonſtrat cum pru
dentem eum prędicat.

¶ Confutatio.

CVm inquit in Caſtellum ꝛc.Hic incipit confutatio quę
eſt uſque ad eum locum.reliqua pars accuſationis ꝛc.
ubi incipit diuiſio eorum: quę purganda reſtant in coniecturali
conſtitutione defendens plurimū indiget confutatione: per quā
ſuſpitiones oppoſitas extenuet diſſoluet.Ideo bic Cicero bonā
partē babuiſſe orōnis in confutādo conſumpſit.diluere itaqꝫ in
cipit primū locū qui uidet̃ eſſe pars prima grauiſſimę & principa
lis accuſationis.Et cum buiꝰ conſtitutionis ratio(ut ait Cicero)
in ſex partes diſtributa ſit.uidelicet probabile:collationē:ſignuꝫ
argumentū:conſecutionē:& approbationē.quibus partibus uti
debet accuſator accuſando defenſor defendēdo.Videamꝰ quō
partibus bis & barum particulis arguat Cicero. Arguit ſiquidē
primo in genere ſigni ex parte occaſionis idoneę non quęſitę: &
idoneę pręteritę uel omiſſę: cum dicit id maleficium occultius:
& magis idoneę potuiſſe fieri per uenenū:& tamē illo modo nō
eſſe nec dici eſſe tētatū. Arguit per probabile a cauſa:ut ſupra fe
cit in confirmatōne:cum dicit ſi eum palam interemiſſet omniū
fuiſſe in ſe odium excitaturū. Arguit iterum in genere ſigni ex
parte ſpei celandi : cum oſtendit ſpem celandi in beneficio eſſe
potuiſſe;in eodem uero non potuiſſe:& tamen non ueneficiū ac
cuſari.Arguit iteꝝ ex genere ſigni ex parte loci temporis & ſpatii
cum dicit nō fuiſſe magnū ac difficile armatos in loco inſidiaꝝ
per illud tēpus fuiſſe retētos uſqꝫ ad aduētum cęſaris ad eū locū
neqꝫ cauſam fuiſſe loci mutandi & ſpatii prolatandi a lotione ad
finē cenę.Et arguit etiā in genere argumēti prout ſumit̃ argumē
tum pro una parte ex illis ſuperius noīatis:in quas ratio coniectu
ralis conſtitutionis diſtributa ē: cum Cęſarem obſecrat: ut illiꝰ
temporis repetita memoria: ſi ibi ubi dicant inſidias collocatas
a Deiotaro aliquid tumultuoſum aut trepidū ſenſit: uel potius
uidit ac ſenſit omnia quieta ac placata:& ex bominis grauiſſimi
& ſanctiſſimi diſciplina qd' eſſe profecto non potuiſſet animis
maculatis:& ad inſidias apparatis.nam inſidiarū ipſarum ſignū
aliquod uiſum eſſet. Arguit etiā in genere approbationis per lo
cum contra teſtes:cum confutat dictum Pbilippi medici: qui ſe
omniū conſciū eſſe dicebat.Nam oſtendit eū ſcire nō potuiſſe:
quia rex ſapiētiſſimus nō miſiſſet eum Romā ſi fuiſſet cōſcius
tanti ſceleris.ꝛc.Nec fratres ſuos(ut dicebat)carceraſſet & eum ſi
nō fuiſſent conſcii eiuſdem facti.

Diuiſio purgandorum.

R Eliqua pars accuſationis.ꝛc. Hęc eſt diuiſio eorum: quę
purganda extant:quę eſt uſq; ad eum locum ſtatim ſubſe
quentē.De exercitu dicam breuiter.ꝛc.ubi incipit confutatio diui
ſorum. hic notandum eſt ꝙ cum diuiſio pars orōnis ad hoc ſit
inuenta:ut per eam aperiamus quid cōueniat:& quid in contro/
uerſia ſit:& per eam exponamus: quibus de rebus ſimus acturi.
Prima parte in hac orōne uti opus non fuit in qua factum totali
ter negabatur.ſecus autem eſt in iuridiciali conſtitutione: in qua
factum cōceditur. ſed querit̃ an iure ſit factum. ibi enim orator
dicet aduerſario.conuenio tecum in hoc:quia factum eſſe confi
teor.diſconuenio quia iure factum eſſe defendo. tu īiuria factū
dicis.hoc autē hic Cicero facere nō habebat propter ſtatꝰ cauſę
naturā: Sed etiā nec reliqua uſus fuit poſt narrationem incipiens
confirmare uel confutare.ut enī capere poſſū uidetur Ciceronē
tali fuiſſe ratōne cōmotum.conſiderauit enī uim totius periculi
in illa cauſę parte conſiſtere qua accuſabat̃ Deiotarus inſidias ui
tę Cęſaris conſtruxiſſe.Ideo ſubito primo exordium & narrati
onem ad illam partem purgandam obrepſit: quę magis animū
Cęſaris offendebat unde ſe contraxit ad illum locum : ut in eo
ſufficienter abſoluta ſpatioſa oratione ad libitum uteretur.ſic er
go ſuperfluū iudicauit enumerare qđ de rebus aut exponere de
quibus rebus eſſet acturꝰ: cum quaſi rem unicam cordi haberet
illam uidelicet grauiſſimā & principalem partē accuſationis quā
bene tunc expoſuit dicens.Is arguitur te domi ſuę interficere uo
luiſſe.ꝛc.& īmediate purgare incoeperit ibi.ut dictum ē qua pte
non ſufficiēter per confirmationē & confutationē abſoluta reli/
quas partes accuſationis diuidit per enumerationē & expoſitio/
nem nam duas reliquas partes accuſationis enumerat:& quę ſint
exponit.

Confutatio diuiſorum.

D E exercitu dicta breuiter.ꝛc. Hic incipit confutatio partiū
reliquarū accuſationis in diuiſione ſuperius poſitarū.Et li
cet plura purgari uideant̃ q̃ in hac diuiſione ſint poſita tamen ad
uertendum eſt ꝙ diuiſio illa omnia quodam generali modo cō
plexa eſt:una enim pars fuit ꝙ rex comparaſſet exercitum contra

Cęſarem:& iſtam plane confutat ut uides:altera pars diuiſionis
fuit in ſpeculis ſemper fuiſſe regem: cū eſſet animo a Cęſare alie
no. & illa pars eſt ualde pręgnās & generalis.nam omnes accuſa
tionis particulę quę inferiꝰ diluūtur. uidelicet miſſio nūtiorum
ad cellium:tranſmiſſio maloꝝ equitum Cęſari:exilaratio in ad
uerſis cęſaris:& ſcriptio proborum de cęſare ad regem pro pte
Blaſſamii ſub illa parte generali de alienitate animi in Cęſarem
cōtinēter quaſi uoluerit accuſator his particulis ſic adductis pro
bare partem illam generalem: ꝙ.ſ.rex in ſpeculis fuerit cū habuit
animum alienum. Itaq; partes has ſingulariter purgat Cicero:&
oſtendit nō habuiſſe regem animū alienum a Cęſare ſed feruen
tiſſimum in ſua cōmoda:& promptiſſimū ad ſubſidia admini/
ſtranda.& eſt hęc confutatio uſq; locum nihil a me arbitror pręter
teritum.ꝛc.ubi extenuat & cōfutat unam tacitam ſuſpitionē: quę
uerſari poſſet in mente cęſarea ne cęſar extimaret deiotarum ſibi
inimicum eſſe propter mulctā ſibi īpoſitā a Cęſarę.hanc itaq;
ſuſpitionē diluit & purgat Cicero eleganter:ut uides ſubiūctaq;
ſibi una ratione firmiſſima ibi. ſed cum de illo labore.ꝛc.Accur
rit ad locum propriū defenſoris:cum miſericordiā cęſaris capta
re nititur:cūq; accuſatores calumniari oſtendit:cū legati regii ue
lint ſua corpa obicere ad detegendā accuſatorū maliciā:& regis
innocentiā demonſtrandam.

Concluſio.

Q Vo circa.G.Cęſar.ꝛc.Hic eſt concluſio artificioſus orō/
nis terminis.Et nota ꝙ Cicero hanc orationē iuxta exigen
tiam cauſę concluſit.Nam cum ipſe dicit in arte noua. Conclu
ſiones triptitę ſint:quoniam conſtant:aut ex miratione: aut am
plificatione:aut cōmiſeratione exigente materia concluſionem.
Hic aſſumpſit quę ex cōmiſeratione conſtaret. nam oſtēdit q̃tā
calamitatē ſentētia Cęſaris allatura ſit regibus:aut quantam io/
cunditatem:quoꝝ alterum optare ſit inimicorum regis:alterum
ſuę clemētię.cum enim dicat in arte ſi compatione oſtendemus
quę nobis futura ſint:niſi cauſam optinuerimus auditorē ad mi
ſericordiam cōmoueri.hoc facit eleganter ut uides.& quia cōmi
ſeratōem(ut ipſe ait) breuem eſſe oportet: quia nihil areſcit citiꝰ
lachryma:partem hanc breuiſſime abſoluit. poſſet etiam dici ꝙ

epilogus ſiue concluſio orationis ſuperius inciperet ab eo loco.
laboro equidem regis Deiotari cauſa.ꝛc. ab illo enĩ loco uſqꝫ ad
finem intẽtus eſt ad miſericordiam cõmouẽdam:quod ẽ ꝓpriũ
epilogis in quibꝰ toti debẽt affectus effundi.

R Eſtat ut hic argumentationẽ rhetoricam oſtendamus: ex
quinqꝫ partibꝰ conſtitutam: quę poſt narrationẽ in confir
matione tractata eſt:cuius quidem argumẽtationis propoſitio
eſt expoſitio illa grauiſſime & principalis accuſationis ſuperius
cum ante factorum regis narratione in fine cõiuncta illa uidelicꝫ
particula.his igitur nõ modo arte periculo liberatus: ſed honore
ampliſſimo ornatus arguitur te domi ſuę interficere uoluiſſe.ꝛc.
Particula ſiquidem iſta eſt propoſitio argumẽtationis quam lꝫ
probare non uelit eius oppoſitum demonſtrare. per eam tamen
clare oſtendit ſummatim quid ſit quod probare uelit: quia eius
uidelicet falſitatem & propoſitione ſic poſita rationes prĩcipio
confirmationis adducit ibi uidelicet ꝙ tu niſi eũ furioſiſſimũ.ꝛc
Hic enĩ eſt ratio.Nam hac breui ſubiectione quod intendit ueꝝ
eſſe demonſtrat. Demonſtrat ſiquidem contrarium opinionis:
quã intendit Cicero non poſſe cęſarem cogitare niſi furioſiſſi-
mum illum extimet qui eſt prudentiſſimus: ut enĩ omittam cu-
ius tanti ſceleris.ꝛc. Hic eſt confirmatio rationis. nam pluribꝰ ar
gumentis corroborat breuiter expoſitam rationẽ.Apparet enim
quomodo ualde corroboratur quod dixit in oratione oſtendẽ
do.poſt poſitis aliis argumẽtis quanta fuiſſet dementia id appe
tere propter quod omniũ contra ſe unũ regum: ac gentium aĩos
incitaret: quę dementia in rege prudentiſſimo eſſe non poterat
quãq̃ hoc loco.ꝛc.Hic eſt exornatio qua utitur in hac magna ma
teria rei honeſtandę & collupletandę cauſa.confirmata iam argu
mentatione ut uides honeſtat cauſam ſuam:cum de ſingularibꝰ
regis moribus probitate conſtantia atqꝫ honeſtate cõmemorat.
Quod igitur facinus.ꝛc. Hic eſt complexio quę concludit breui
ter colligens partes argumentationis: ut clare patet.& eſt uſqꝫ ad
confutationẽ ſequentẽ.& nota ꝙ ꝑticula iſta:quę cõplexio argu
mẽtationis noĩat̃.eſt etiã epilogus ſiue cõcluſio cõfirmatõnis:lꝫ
nõ ſignauerim:cũ de confirmatione tractarem.

De Elocutione.

V Ltimum eſt ut de reliqua parte orationis rhetoricę: uideli
cet de orationis elocutione uideamꝰ: de qua plane per om
nia ſic dicẽdum ut ſupra in pompeiana eſt dictum.Et de his ſili
ter ẽ exornationibꝰ ꝑſcrutandum.

Colores.

F Vgitiuos autem dominum accuſantes:& dominũ abſen
tem.ꝛc. Conduplicatio eſt.
Cũ uidebã cũ uerba audiebã.ꝛc. hic ẽ ſimiliter deſinẽs.
In tuis oculis in tuo ore.ꝛc. Diſſolutum ẽ.
Spectarem curiã intuerer forũ.ꝛc. diſſolutũ ẽ.
Iſtam inquã diſſeram.ꝛc.conduplicatio ẽ.
Sed omnii metu liberauiſti:hoſpitẽ ignouiſti:regẽ reliquiſti.ꝛc.
diſſolutum ẽ.Item ſimiliter deſinẽs.
Nihil ille de conditionibus tuis.ꝛc. repetitio ẽ.
Ignoſce ignoſce Cęſar.ꝛc. Conduplicatio ẽ.
Quãti honoris p.rei:quãti ſenatus.ꝛc. repetitio ẽ.
Itaqꝫ Gn.pom.bella uictoria triũphos.ꝛc. repetitio ẽ.
A Pompeio diſceſſit ſpem infinitam proſequi noluit.ꝛc. diſſo
lutum eſt.
Ille exercitũ G.domici.ꝛc. Repetitio ẽ.
Vt enĩ mittã cuiꝰ tanti ſceleris.ꝛc.Occupatio ẽ.
Cuius tanti ſceleris fuerit.ꝛc.repetitio ẽ.Itẽ diſtributio.
Omnes reges quorũ multi erant finitimi.ꝛc.repetitio ẽ.
Quis conſideratior illo quis rectior.repetitio ẽ.
Nota tibi eſt hominis probitas.G.Cęſar noti mores.ꝛc.diſſolu
tum eſt.
Deiotari integritas grauitas uirtus fides.ꝛc.Articulus ẽ.
Quod igit̃ conari occultius.ꝛc.Contrariũ ẽ.
Qualis rex athalus in populũ africanũ fuit.ꝛc. exẽplum ẽ.
Repeto illius tẽporis memoriã.ꝛc.diſſolutũ ẽ.
Num quę trepidatio:nũ quis tumultus.ꝛc.repetitio ẽ.
Nõ quęro quaſi ueriſil̃e nõ ſit.ꝛc.occupatio ẽ.
Non arbitror:nõ audiui.ꝛc. diſſolutũ ẽ.
Pecuniam dedit exercitũ aliud.ꝛc. diſſolutũ ẽ.
In regẽ iuſtum ſeuerũ grauẽ fortem.ꝛc. articulus ẽ.
Qui igit̃ adoleſcens nõ tãta gloria prędit ꝰ.ꝛc.Cõtrariũ ẽ.

Qꝫ ſe iactare:q̄ oſtentatione.ꝛc. repetitio ē.
Non ficto crimen inſectari.ꝛc.repetitio ē.
Sit in dominatu ſeruitus in ſeruiture dn̄atus.ꝛc. Contētio ē.
O tēpora o mores.ꝛc. Exclamatio eſt.
Gn.ille Domitius.ꝛc.exemplum eſt.
Conſulem cēſorē pontificē maximū.ꝛc.articulus ē.
Sed tamē ille inimico ſeruū.ꝛc.contētio ſentētiarū ē.uſqꝫ ad eū locū ad ſemel iſte eſt.
Non ne cum eſſet productus.ꝛc.repetitio eſt.
Vexatos uerberatos.ꝛc.articulus ē.
Et quē uos liberi in ſumma reipublicę libertate.ꝛc.cōtrariū ē.
Et enim ſi antiochus.ꝛc. exemplum eſt.
In aſia capadotia ponto.ꝛc. articulus eſt.
De magnitudine animi grauitate cōſtantia.ꝛc. articulus ē.
Memoriā tuā implorat.ꝛc. diſſolutū eſt.

¶ Explicit pro rege Deiotaro.

¶ Argumentū or̄onis pro Aulo Cluentio habito.

A. Cluetius habitus / Statius Albi(us) oppianic(us) / Saſſia / Aurius Melinus / Martiales martis miniſtri

AVlus Cluentius habitus & ſtatius albius opianicus Romani ciues ambo ex municipio larinate fuerunt adinuicem inimici: Nam cum cluentius matrem haberet nomine Saſiam mulierē libidinoſam atqꝫ impiam: & ſibi etiam inimicam: eo ꝙ contra phas & familię decus eiecta per diuortium filia ſua ſorore cluentii ipſa generi ſui auri Melini adoleſcentis nuptiis īmixta non ut mater iam habebatur & colebatur a filio matris impudicitię non amico: cum inquā haberet hanc matrem cluentius melino illo adoleſcente iam mortuo: & per ſcelꝰ opianici trucidato ipſi opianico matrimonio copulatam: & opianicus uellet marciales quoſdam deditos ſacris martis liberos romanoſqꝫ ciues eſſe defendere cōtra ius & uolūtatem larinacium. Cluentius uero cauſam hanc ageret contra opianicum uehementer opianico factus eſt inimicus. unde ut Cicero aſſerit. ac ut multa bona cluentii ab inteſtato deuoluerētur ad

Saſiam ſuam uxorem illis matrem eum ueneno curauit tollere. quod cum Cluētio eſſet indicatum comperto apud ſcamandrū libertum fabritiorum ueneno accuſauit primo Scamandrum & obtinuit. Deinde accuſauit illum Fabritium patronum ſcamandri & iterum obtinuit. itaqꝫ patrono libertoqꝫ damnatis eum cuius cauſa ueneficium hoc fieri dicebatur opianicum accuſauit. Opianicus accuſatus ſcaleno iudici pecuniam grādem dedit ad quoſdam alios iudices corrumpēdos: quam pecuniam cum ſcalenꝰ aliquibus iudicibus promiſiſſet: deinde abnegauiſſet aſſerens ſe ab opianico deſtitutum: ut eos opianico infeſtos faceret pecuniam ipſe ſumpſit: & opianicum cōdēnauit. Volebat enī ut dicit Cicero opianicum damnari pro ſe ſolo retēta pecunia q̄ ea diſtributa per reliquos iudices eum abſolui. & ſic opianico a ſcaleno & ab aliis omnibꝰ prę quiqꝫ damnato. Cum fama eſſet illo in iudicio uerſatam eſſe pecunię intentionem ingens inuidia eſt in cluentium ſuggeſtionibus. L. Quintii. tribuni plebis & defenſoris opianici concitata. iactabat enim tribunus in populo hominem innocētem per pecuniam condemnatum. Cicero itaqꝫ cum Cluentius annos octo hac flagraſſet inuidia: fereqꝫ in opinioneꝫ hominum fixum eſſet innocentem opianicum pecunia Cluentii condemnatum. hac ipſum oratōne notabili hoc purgat a crimīe Cunqꝫ cluentius accuſaretur aliis cribus mr̄is eius īpulſu ut ꝙ uꝫ opianicū iam dānatū & exulē uenari feciſſet. qd᷑ quia idem facē uoluiſſet in filio opianico adoleſcentē cicero ipſum egregie hac mirabili oratione defendit.

Scamander / Fabricij / Scalenus / Oppianicus ueneno curauit tollere Cluentium

¶ Genus cauſę in quo hęc habet or̄o.

HAec oratio eſt in iudiciali genere conſtituta. Habet enim hęc cauſa accuſationem cum defenſione. Nam accuſatus Cluentius hac oratōne a Cicerone defenditur. Demōſtratiuum qd᷑ in uituperatiōe opianici & laude Cluentii habetur eſt incidēs Nam accomodatur ad defenſionem principaliter hic intentam.

¶ Conſtitutio cauſę in qua hęc habet or̄o.

VT plane intelligamus in qua conſtitutōne hęc oratio habeatur uideamus quę intentio: quę ue depulſio ſit in cauſa.

Pro Cluentio

Intentio autem accuſatoris. hęc eſt: Iudicium pecunia corrupi-
ſti. A. Cluentii ut tuus inimicus opianicus damnaretur. Item ut
eam de omnibus obiectis principalibus criminibꝰ coniungamꝰ
unamq; faciamus intentionem. A. Cluentii hunc adoleſcentem
opianicum in eius nuptiis ueneno tollere uoluiſti. Item patrem
huiꝰ iā damnatū opianicum de medio ſuſtuliſti. Depulſio uero
Cluentii ad hęc omnia talis eſſe comprehenditur. iudicium non
corrupi. tollere hunc adoleſcentem opianicum ueneno nō uolui
patrem huius opianicum iam damnatū ueneno non ſuſtuli. qua
re cum ſit ſimplex hic negatio facti in depulſione ad principalez
intentionem accuſatoris appareret ꝙ conſtitutio principalis eſt
coniecturalis. iuridicialis autem abſoluta & legitima ex ſcripto:
& ſententia. conſtitutiones hic incidunt ut ſuis dicet̃ in locis.

¶ De rhetoricę partibus hic conſiderādis.

DE inuentione memoria & pronūciatione dicendum ut ſu
pra dictum eſt in pōpeiana. Diſpoſitio uero hic eſt in par
tibus orationis non ab inſtitutione artis profecta: ſed ad caſum
temporis oratoris iudicio accomodata. Primo enim ponit exor
dium inſinuatione permixtum. deinde diuiſionem. deinde nar-
rationem cum quadam confirmationis parte coniunctam. dein
de puram confirmationem. deinde confutationem. deinde regre
ditur ad confirmationem in conſtitutōne legitima ex ſcripto &
ſententia. deinde inſerit confutationem ad quędam obiecta. de
inde confirmat in conſtitutione principali cauſę: uidelicet conie
cturali. deinde concludit ſed concluſionis finis & orationis nō
habetur.

¶ De partibus orōnis exordium.

ANimaduerti iudices. &c. Hęc oratio inſignis hic incipit: &
orationis exordium quod mirabile eſt & incredibili mini
ſterio atq; arte confectum. Nam cum eſſet dubium genus cauſę
eo ꝙ huic ſuſpitio corrupti iudicii iuniani & cęteri ueneficii cri-
mina obiecta Cluentio ante ipſorum diſſolutionem quandam
turpitudinem ad cauſam uidebātur afferre. hinc honeſtas ex per
ſona cluentii & perſona Tullii defenſoris ipſius oriri uidebatur
in cauſa: ut enim uult Ariſtoteles primo ſuę rhetoricę Orator ap

parens qualis quidam hic eſt amicus & bonus melius perſuadet
fert equidem per ſe qualitatis ſpeciem: quę honeſtat cauſam ſuaz
& iuxta Quintiliani ſentētiam non ſolum aduocati defenſionē
ſed etiam teſtis fidem affert. Cicero itaq; talis orator & uir q̄d
mirum ſi honeſtatem afferre poſſet ad cauſam quam ipſe defen
deret. q̄q̄ in hac cauſa Cluentiana ipſum fuiſſe gloriatum tene-
bras effudiſſe iudicibus Quintilianus libro quarto oratorię in-
ſtitutionis capitulo an rhetorica ſit ars. Cum igitur ut dixi eſſe
dubium genus cauſę: atq; ab hoc accomodandum eſſet exordiū
beniuolentię captatiuū. Cūq; iam in animis hominuz inſediſſet
opinio tribunitia ſuggeſtione conflata corruptum iſtud a cluen
tio fuiſſet iudiciū: atq; ob id ex arte inſinuatione foret utēdum
quę adhiberi docet in arte: quoniam eſt perſuaſus auditor huic
hoc Cicero duplici reſpectu exordium cū inſinuatione ꝑmiſce
re: cum in genere cauſę dubio nil obſtaret quin exordiri aperte
poſſet imo ex arte deberet: & opinio illa quę quodāmodo fixa
in animis iudicum timebat̃ inſinuatione requireret̃. Ergo ut hic
fecit egregie: & mirabiliter uideamꝰ. Primo enim per inſinuatio
nem ad ſe audienda allicit auditores pollicendo de eo ꝙ aduer-
ſarii firmiſſimū ſibi adiumentum putarint ſe eſſe dicturum cuz
aſſerit ſe animaduertiſſe orationem oratoris contrarii in duas
partes eſſe diuiſam: quarū altera niti & confidere magnopere ui-
debatur inueterata inuidia iudicii Iunianii: & ꝑte alia in qua non
ita uidebant̃ confidere breuiter recitata: dicit ſe uelle ſeruare ean
dem diſtributōnem in reſpondendo: ut omnes intelligant nihil
eum ſubtergere uoluiſſe reticendo: nec obſcurare dicēdo. Sic igi
tur cum oſtendit ſe uelle ad illa adinuenta aduerſarioꝝ firmiſſi
ma & ſm eorū ordinem reſpondere uſus eſt uno ex modis inſi-
nuandi qui in arte ab eo docet̃ auditore perſuaſo: & etiaz iuxta
Quintiliani ſentētiam hic eſt uſus inſinuatione & ꝑtitione dicē
dorū: ut inſinuaret utilius. deinde apto exordio beniuolentiam
captat ab auditoꝝ ꝑſona: apiēdo quę de his exiſtimatio & quę
iudicii expectatio ſit: ſimulq; proferendo eoꝝ laudabilē conſue
tudinem iudicādi: cum cauſę difficultate mōſtrata apte teſtatur
rem illā ſe in illa difficultate cōſolari: ꝙ ita audire de criminibꝰ

conſueuerunt:ut eorum diſſolutionem quęrant ab oratore.ꝛc.&
ut attẽtos faciat exponit qualiter ſit acturus.deinde iterum beni
uolentiam a perſona auditorum captat cum dicit neminem ciuẽ
ſine ſuo ac talium hominum ſubſidio inuidię poſſe reſiſtere.de
inde ut & inſinuando & beniuolẽtiam ſimul ab auditorum per
ſona aperte captando ad ſe auditores alliciat. Primo dubitatio
ne utitur quid potiſſimum ſit dicturus:aut cui loco reſponſurꝰ
cum admiratione ut debere fieri docet in arte:cum dicit ſe quo
uertat neſcire.ubi ut ait Martianus utitur figura quę dyaphoreſiꝫ
uocatur:quę utilis eſt ad generandum crudelitatem.Nam ut ait
Quintilianus libro nono oratorię inſtitutionis. capitulo de fi-
guris ſententiarum affert & aliquam fidem ueritatis crudelitatis
dubitatio conſimulamus quęrere nos unde incipiendum: unde
deſinendum quid potiſſimum dicendo:an omnino dicendum
cuiuſmodi exemplis plena ſunt omnia.& ſubiungit ipſe Quin-
tilianus exemplum huius loci Ciceronis.deinde enumeratis quę
negare non poteſt & quaſi formidata difficultate euellendę illiꝰ
opinionis:ut iudices ſibi conciliet ſeſe ad id impotentem oſten-
dit:cum dicit non eſſe ſui ingenii ſed auxilii ipſorum iudicum
ipſius innocentię:ſic in hac calamitoſa fama quaſi in aliqua per-
nitioſiſſima flamma atq; cõmuni incendio ſubuenire. Deinde
oſtenſo ꝙ in iudicio falſa inuidia ualere non debeat:rogatiſque
iudicibus ut huc nihil pręiudicati afferant:eos ſibi facit attentos
innuens ſe dicturum:quę ante nõ ſciuerint.Cum eos deprecatur
ut patiantur eum ſuum dicendi ordinem conſeruare:& perorata
cauſa ſi quid erit praeteritum tunc requirant : quaſi per hoc in
nuens nihil relicturum:ſed omnia patefacturum:quibus uere po
terunt remota inuidia iudicare. Deinde etiam ut ſibi ualde atten
tos ac dociles auditores compararet: cum demonſtrauerit ſcire
ſe ad quantum difficilem cauſam accedat dicit. ſi quis deus ad
ſe audiendum beniuolentiam iudicum conciliarit effecturum ſe
ut intelligant:nihil tam timẽndum q̃ inuidiam:nihil tam optan
dum q̃ ęquum iudicium. Deinde iterum a perſona iudicum au-
ditorum beniuolentiã captat:aperiendo quę expectatio ſit eorũ
iudicũ:dicit ſe ſperare locũ illum atq; conſeſſum quem inimici

fore Cluentio horribilem putauerunt miſerię illius futurum por
tum atq; profugium . deinde facit attentos ac dociles rogando
ut attente audiant.ꝛc. Et hęc pauca de hoc artificioſo principio
dicta ſint.

¶ Diuiſio.

COrripuiſſe dicitur A. Cluentius.ꝛc. Hic eſt diuiſio pars
una orationis qua hic eſt uſus egregie ſm eam ſui ſpeciem
quę expoſitio nominatur. res enim de quibus eſt dicturus expo
nit hic breuiter & abſolute : cum ſe dicit oſtenſurum neminem
unquam grauioribus teſtibus in iudicium uocatum . Deinde ea
facta pręiudicia ut abſolui nullo modo opianicus potuerit.dein
de his demonſtratis oſtenſurum quod requiri intelligat pecunia
tentatum eſſe iudicium non hac cluẽtio ſed contra cluentium:&
facturum ut intelligant quid in ea cauſa tota ipſa res tulerit error
affixerit & flarit inuidia. Et primum ſe facturum id ex quo.ꝛc.
ut hic exponẽdo prędicit ita perficit orando. Viſa tamẽ quibuſ
dam fuit reprehenſibilis iſta partitio:ut ait Quintilianus: qui cũ
eis contra Ciceronem hoc loco ſentire uidetur.Nam uult ipſe in
unius criminis uaria defenſione ſuperuacuam eſſe partitionem
omnes modos defenſionis colligentẽ: ut ſi quis ita partiatur di-
cam non talem eſſe hunc quem tueor: ut credibile uideri poſſit
homicidium: dicam occidendi cauſam huic non fuiſſe. dicam
huic eo tẽpore quo homo occiſus eſt trans mare fuiſſe. Et ideo
paulpoſt hoc ſubiungit ipſe Quintilianꝰ. Itaq; non defuere qui
Ciceronis illam pro Cluentio partitionem improbarẽt:quam ſe
dicturum eſſe promiſit.primum neminẽ maioribus criminibus
grauioribus teſtibus in iudicium uocatum q̃ opianicum.deinde
pręiudicia facta ab his ipſis iudicibus eſſe a quibus condemnatꝰ
Poſtremo iudicium tentatum pecunia non a Cluentio. ſed con
tra Cluentium.quia ſi probari poteſt quod eſt tertium nihil ne-
ceſſe fuerit dicere priora.hęc ille libro quarto oratorię inſtitutio
nis.capitulo de partitione cuius & ſi me ualde ratio moueat: ut
ſecum ſentiam:tantum ita me flectit: & uincit auctoritas Cice-
ronis:ut cogitare non poſſim quicquam in ſuis orationibus ui-
tioſum.prępoſuit uero de induſtria ptẽ hanc narrationi quã ſeq
debeat ordine profecto ab artis inſtitutõe:ꝙ ẽ eiꝰmodi narratio

ut in ea multa confirmatio miſceatur . Si ergo uolebat prius qđ
eſſet confirmaturꝰ exponere opus erat: ut partem hanc prępone
ret narrationi.

A Bs te peto Opianice.ꝛc. Antequã Cicero ueniret ad cauſaꝫ
ut uitaret ĩuidiam:quia cõtra mortuum diceret iam dam
natum ab eius filio ueniam petit : oſtendens neceſſitatem huiuſ
modi dicendi:& ad narratiouem a longe repetẽdam illico deſcẽ
ſurus:ne id moleſte patiantur iudices deprecare.curauit enĩ ſum
mo ſtudio ut narraturus inueniret animos ſine ulla inuidia prę
paratos.

Narratio.

A Vlus Cluentius fuit pater.ꝛc.Hic eſt narratio pars una ora
tionis:cuiꝰ narrationis initium ſumpſit Cicero a perſona
poſita:cum accidẽtibus ſuis quod fieri debere ex arte quãdo id
perſuturũ eſt:& ideo hic factum eſſe memorat Quintilianus li
bro quarto oratorię inſtitutionis.capitulo de narratione.& licet
longa ſit illa narratio non eſt tamẽ aliena a pręceptis: quę de bre
uitate narrationis in arte dantur a Tullio.Si quis enim bene con
ſiderat quãta & quam probabili narratione fuit opus: ut rem &
cauſam ſuam iudicibus comprobaret non mirabitur paulo lon
gius exordii rei demonſtrandę petiiſſe:quod fecit ut ipſe teſtaẽ
ut cognitis prĩcipiis facilius extrema cognoſcerent.Eſt ergo bre
uis dicenda narratio non quidem ſm ſe:ſed reſpectu materię &
cauſę eſt dilucida & uериſimilis: ut eſſe debet ex arte narratio.
Primo enĩ unde neceſſe erat incipit ac ne quis obiicere poſſit prĩ
cipii narrationis remotione:& quaſi & ab euo hoc eſt animis re
moto principio ipſum inutiliter incoepiſſe: cum incipiat a patre
Cluentii.ſciendum ꝙ incipit ab eius morte : ut oſtendat primo
fomenta maternarum inimicitiarum cum Cluentio:quę ſciri nõ
poſſent:niſi nuptię Cluentię ſororis Cluentii ſecutę mortem pa
tris utriuſqꝫ narrarentur. circa quas nuptias narrãdo uſus ẽ Cice
ro excurſione laudabili dicens. O mulieris ſcelus incredibile:&
pręter hanc unam in omni uita inauditum. O libidinem effrena
tam & indomitam. O audiciam ſingularem nõ me timuiſſe: ſi
minus uim deorum hominumqꝫ famam: at illam ipſam nocteꝫ
faceſqꝫ ipſas nuptiales: non limen cubiculi: non cubile filię: non

parieteſqꝫ deniqꝫ ipſos ſuperiorum teſtes nuptiarum. hoc enim
loco & in hac excurſione demonſtrauit elegãter ſe ui quadã eſſe
affectum ſicut fieri oportere in huiꝰmodi excurſionibus Quin
tiliano placet.fecit autẽ mirabiliter Cicero ut auditorum animos
impleret affectibus:qui quidem affectus in animis generãdi ſũt
ab oratore ꝑ ſermones paſſionales.ut uult Ari.in ſua rhetorica q̃
les hi ſunt omniũ animos contra talem matrẽ facientis iratos: &
inſuper opere p̃tium eſt in hac cauſa ut cognoſcatur matrem ini
micam eſſe cluentio: & quia contra parẽtes agẽtibus callida opꝰ
eſt arte facit mirabiliter Cicero ut ipſum maternũ nomen contra
Saſiam matrem animos magis accẽderet q̃ contra cluentium.de
quo loco nõ inutile eſt uidere quid ſentiãt. Quintilianꝰ is ergo
libro xi.oratorię inſtitutionis ſic ſcribit.Vnum iam igitur huic
loco quod eſt ſane ſumme difficultatis ad dicẽdum uidetur:ut
quibus ea quę ſunt natura parũ ſpecioſa queqꝫ non dicere:ſi utrũ
libet eſſet librum maluiſſemus.non tamen ſic indecora dicẽtibꝰ
quid aſperiorem habere frontem poteſt:aut quid aures hominũ
magis reſpuũtur: q̃ cum in filio filii ne aduocatis in matrẽ pero
randum aliunde:tamen neceſſe eſt ut in cauſa cluentii abiti: ſed
non ſemper illa uia qua contra Saſiam Cicero uſus eſt.non quia
ille nõ optĩe:ſed quia plurimuũ refert qua ĩ re & q̃uo lędat.Itaqꝫ
illa cum filii caput palam impugnaret fortiter fuit repellẽda.duo
tamen quę ſola ſuperant diuinę Cicero ſeruauit.primũ ne obli
uiſcatur reuerẽtię quę parentibus debeẽ . Deinde ut repetitis alte
rius cauſis diligẽtiſſime oſtẽderet q̃ id qđ erat in matrem dictu
rus non oporteret mõ fieri:ſed etiã neceſſe eſſet.Primaqꝫ hęc ex
poſitio fuit q̃q̃ ad pręſentem quęſtionẽ nihil pertinebat adeo ut
in cauſa difficili atqꝫ perplexa nihil prius intuendum credidit q̃
quid deceret.Fecit itaque nomen parentis nõ filio inuidioſum.
Sed ipſi inquam dicebatur.ꝛc. Hęc Quintilianus elegantiſſime
proſecutus eſt:etiam Cicero narrationem uſqꝫ quo erat oportu
num.uſqꝫ uidelicet ad opianici damnationem & inuidiam con
citatam:& ea quę id iudicum ſunt ſecuta:ac ut egregie ſeruet reli
qua documenta breuitate intuenti uidere perfacile . deinde q̃ di
lucide narret apertuꝫ eſt. nam ut quicquid primo geſtum eſt ita
primũ exponit:& rerũ ac tẽporũ ſeruat ordinem:& reliq̃ adimplet

quę pertinēt ad narrationem dilucidam faciendam:quę dimitto
legētis indagini: ne prolixior ęquo ſim.utraq; etiam ueriſimilis
ſit:quia ut mos:ut natura: ut opinio poſtulat dicat ſpatia tēpoꝝ
perſonarum dignitates: conſiliorum rationes:locorum oportu
nitates conſtent uidere facile orationē legenti.Ego uero pertran-
ſeo tantum:ne ſim in re nō neceſſaria lōgior: tamen quia illa tra
ctantur ex locis confirmarionis quę cum ipſa narratione miſcen
tur in hac oratione.cūq; hęc cauſa eſſet huiuſmodi:ut ſi Cicero
narrationem plane ſimpliciſq; uoluiſſet exponere forte maioreꝫ
offenſionem animorū maioremq; inuidiam cumulaſſet contra
cluentium ſic argumētando:& cauſam ipſam agendo narrauit.
ſic deniq; partes rei geſtę ipſis continuo argumenta ſubiiciēs di
ſperſit atq; firmauit: ut ad unamquāq; confeſtim accōmodaret
rationem : quę uulneri preſto eſſet medicamentum:& odium
oppoſita defenſio mitigaret: ut exigēte cauſa fieri docet in uete
ri:& Quintilianus affirmat libro quarto oratorię inſtitutionis
caplo de narratione dicens inſerendū eſſe expoſitioni defenſio
nem re poſcente:& factorum rationem pro ueriſimilitudine rei
agendę:& ſic a Cicerone fit hic:neq; enī narratio hęc reperta eſt:
ut tantum cognoſcat iudex: ſed aliquādo magis ut conſentiat
ut ipſe Quintilianus eodem libro & caplo.
Nunc iam ſummatim exponam.ꝛc. Recitatis in ſuperiori parte
fundamentis:atq; radicibꝰ inimicitiarū ſaſię matris atq; cluentii
filii ſui:& ita recitatis ut unūquodq; dictum tractū uideatur ad
utilitatem ſuam cauſa uincendi:ut ab arte pręcipitur quod appa
rere poteſt faciliter intuenti: Deſcendit hic ad eam partem narra-
tionis: in qua multa confirmatio commiſcitur. Nam cum uelit
oſtendere in hac narratione incorruptum a Cluentio fuiſſe iudi-
cium:habet oſtendere opianicum ueris & grauibus criminationi
bus fuiſſe damnatum.& hoc narrare ſimpliciter & pure nihil eēt
apud animos:pręſertim in oppoſitū perſuaſos. oportet ergo ut
narrando pręmiſceat argumēta:& coniecturales locos cū cauſę
conſtitutio ſit cōiecturalis. Videamus itaq; ꝙ breuiter fieri pōt
nōnullos locos quibus cauſam hanc Cluentianam narrando ſi
mulq; confirmando narrata corroborat. ſummatim enim expo
ſitis hac in parte:& crimine ueneficii a cauſa ſeu ratione: quibus

Cluentius accuſauit & oſtendit opianicum fuiſſe culpabilem:in
greditur narrationē quandam de uita & ſceleribus opianici: quę
narratio fauet cauſę cluentii per locum a probabili a uita demon
ſtrans eum fuiſſe iuſte damnatū: cum a ſimili turpitudine nunq̄
affuerit cunq; talia ſciuerint iudices qui damnauerīt.
Hunc tu hominem.ꝛc.Poſtquā late ſuperius Cicero monſtrauit
narrando opianici multa flagitia. & ſic per locum a probabili a
uita cauſam Cluētii roborauit. Hic deſcendit ad narrādum cau
ſam inimicorū inter opianicum atq; cluentium: & deinde illud
crimen ueneficii contra Cluentium: pro quo crimine opianicus
principaliter damnatus fuerit.Et notat ꝙ illę pro cauſa marciali-
um inimicitię ſuſceptę:& reliqua maior cauſa ſpes.ſ.hereditatis
Cluentianę ſi fuiſſet cluentiꝰ mortuus inteſtatus trahuntur in ar
gumenta pro cauſa cluentii ad oſtendendum per locum a proba
bili a cauſa opianicum uoluiſſe tollere ueneno cluentiū.& per cō
ſequēs eum iuſte damnatum.Cum de hoc crimine cauſam dixe
rit.& ſic non fuiſſe per corruptum a Cluentio iudicium condem
natum.
Multa dici poſſunt.quare.ꝛc. Superiꝰ demonſtratis inſidiis opi
ani contra cluentiū:deſcendit ad oſtendendum a quo corruptio
iudicii profecta ſit.& probat primo per locum a probabili a cau
ſa fuiſſe non a cluentio ſed ab opianico profectum.deinde ut ē
profecta ſerioſe demonſtrat:& interdum ut attentos iudices nar
rationem habeat eos ut attēte audiant deprecatur. Cum enim in
omni parte orationis ſtudendum ſit: ut auditores habeamus at
tentos hic Cicero potiſſimū poſtulabat: ut merito in narratione
tam longa ut ait Quintilianꝰ de inſtitutione iudices: & in narra
tione nōnūquā:& in argumētis ut attendant & ut faueant roga
mus:& ſic facit hic Cicero.

¶Confutatio pura.

NEq; me poenitet hoc potius tempore.ꝛc. Poſtquā ſuperiꝰ
Cicero rem narrauit & narrando ita eſſe monſtrauit fuiſſe
uidelicet opianicum iuſte damnatum & ab eo pecunia iudiciū
fuiſſe tentatū:fuiſſeq; in ſuſpitionem illius corruptiōis cluentiū
ueriſimiliter a tribuno deductū.nunc ad puram confirmationē
accedit:ī qua breuiter Cluentiū purgat.nā cū oñderit ꝙre libētiꝰ

nunc tractat hanc cauſam quã antea tractauiſſet accidit ad cõfir
mandum opianicum corrumpere uoluiſſe iudicium: cluentium
uero nõ uoluiſſe: & hoc per locum a probabili a cauſa: & uterqꝫ
ad loquendum inducte oſtendit uni opianico corrumpendi iu
dicium fuiſſe cauſam Cluentio non fuiſſe. uel uideri poteſt loc⁹
a collatione cum utriqꝫ ſermone ad inuicem poſito & compato
oſtendit id ꝙ aduerſariũ feciſſe criminat̃ alteri nemini bonum:
niſi ipſi aduerſario fuiſſe. deinde per locum ab argumẽto: & ſu
ſpitione magis firma demonſtrat opianicum iudiciũ tentauiſſe
pecunia cum oſtendit & opianici tabulis hoc haberi: qđ ſcaleno
iudici nũmos dedit. ꝛc. & cũ demonſtrat fautores opianici ſcale
nũ ad iudiciũ flagitaſſe. ꝛc. ſimulqꝫ qđ obiici poſſet de cõdẽna
tione ſcalenii purgat rõne in narratione iam dicta.

Epilogus.

QVare cum iſtinc cauſa corrumpendi. ꝛc. Poſt narrationem
plenam argumẽtis & poſitam immediate ſuperius confir
mationem hãc breuem Cicero hic uſus eſt epilogo quo breuiter
& in ſumma dictorum argumentorum memoriã reuocaret. ꝛc.

Confutatio.

AT enĩ pecuniam Scaleno. ꝛc. Hic eſt confutatio in qua eam
rationẽ: quę afferebatur a Tullio accuſato de pecunia tra
dita ſcaleno iudici ab opianico. uidelicet pro gratia reintegrãda
Primo confutat cũ oſtendit id nõ fuiſſe poſſibile: & per locum
ab argumento ſuſpitioſam facit pecuniam apud iudicem: pręſer
tim talem uirum ſordidiſſimum. ſ. qualem d. fuiſſe Scalenum
ipſamqꝫ pecuniã ſuſpitioſam reddit ex numero minime ad con
ſiliationem gratię: ſed ad aptiſſime ad corrumpendum tot iudi
ces compato.

AT enĩ iudicia facta per multa. ꝛc. Procedens Cicero confir
mando quę fuerant ab aduerſariis allegata: cum uitarẽtur
ipſi contra Cluentium: afferentes iudicia aliqua de hac re: & ſic
per locum a iudicato cauſam ſuam confirmantes egregie iſta cũ
iſta confutat: & quia locus a iudicato propri⁹ eſt conſtitutionis
iuridicialis abſolute: dicendum eſt ꝙ iſta confirmationis pars:
quę per huiuſmodi locũ inuitetur in iuridiciali abſoluta conſti
tutione uerſatur: quę ſic ad cauſam huic ĩcidit. Intenderet enim

Pro Cluentio

aduerſari iure cõtra cluentium iudicatum eſſe debere: Cicero
pro cluentio ſic depellit iure contra cluentium iudicatum eſſe
nõ poſſe. Omnia illa iudicia qualia fuerint trutinatur: & mon
ſtrat non fuiſſe iudicia uel cluentio non obeſſe: & p̃ᵒ iudiciuꝫ
quo. C. Iunij eſt damnatus labefactat Cicero per locum a con
ſuetudine & lege: cum id oſtendit non lege & more ſeu con
ſuetudine fuiſſe tractatum: Sed ui & tempeſtate tribunitia fu
iſſe confectum. Pręterea ſi ex lege ſubſorcionis fuit ille dam
natus non eſſe cum cluentij cauſa cõiunctuꝫ. deĩde labefactat
& per locum a iudicato adductum per aduerſarios contra clu
entium: ex damnatione aliquorum iudicum qui opianicum
condemnarant: oſtendens illa iudicia nihil ad cauſam cluentij
pertinere. Deinde arguit per locum a iudicato cluentium non
corrupiſſe iudicium cum facit mẽtionem de illo iudicio quo
fuit falcula iudicatus gratis opianicum cõdemnaſſe: & ex fal
culę iudicio ſimilitudinem ad reliquos iudices trahit: & hꝰ lo
co de induſtria quod negari non poſſet interrogans hꝰ modo.
uidelicet dixit ne tandem cauſam. C. fidicularuus falcula &
ex figura uſus eſt ardentõris prolationis: & ſpeciem maioris ſe
curitatis exhibuit: quã ſine interrogatione ꝓtuliſſet. deinde lo
cum a iudicato per aduerſarios adductum de extimatione li
tis. p. ſeptimo ſceuolę confutat per locum a conſuetudine.
Sequit̃ illud iudicium ꝛc. Confutatis nonnullis forenſibus iu
diciis cõfutat hac in parte conſoria: quę contra Cluentium af
ferebant. primo ergo confutat illum aduerſariorum locum a
iudicato cenſorio per locum a conſuetudine: & more maioruꝫ
cum. d. maiores nunq̃ auctoritatẽ cenſoriam ut rem iudicataꝫ
obſeruaſſe: & illud probat exemplis: inſtitutiſque maiorum.
& nota ꝙ in probationibus huius partis multa funguntur
proboemij uice & Quintilian⁹ teſtatur: & apparet aperte lr̃aꝫ
intuenti.
Quare qui uobis in mentem ꝛc. Hic ponit epilogum huius par
tis confutationis quę cenſoria iudicia confutauit.
Quę cum ita ſint ꝛc. Procedens confutatio cõfutando iudicia
illa cenſoria non ſtandum eſſe demonſtrat per locum a bono

& ęquo cum oſtendit non pertinere ad communem utilitatē
tantam poteſtatem cenſoribus dari:ut regiam licentiam quo-
dammodo conſequantur:quod fieret ſi ſuis ſcriptionibus ut
rei iudicatę ſciretur ꝛc.Deinde oſtendit ꝙ ſi rei uirtuti eſt ſtan
dum : & non iudicij cenſorum opianicus ſuſpitio eſſe debet.
Cluentius uero non:& facit hoc locis coniecturalibus breuiť:
& artificioſe epilogatis.Deinde iterum labefactat iudicia cen
ſoria per locum a conſuetudine maiorum ponens aliqua exē-
pla eorum cōuenientia . unum eſt quod de me maxime ꝛc. qđ
obiectu; teſtamento Egnatij Cicero hac in parte confutat ele
ganti quodam & artificioſe argumento:oſtendens in accuſatō
ne aduerſarij duo eſſe intereſſe ipſa pugnantia:quod inuenire
(ait Quintilianus)artificij eſt.fecit autem egregie hoc loco de
monſtrans cenſoriam notam:& egnatij teſtamentum:quibus
duobus nihil magis cluentio erat aduerſum inter ſe pugnare
cum dicit. Sed acci conſideres cenſio diligenter uirum cēſorū
iudicium graue uelis eſſe an egnatij:At enim ſenatus uniūſus
ꝛc.quia aduerſarij arguebant contra cluentium per locum a iu-
dicato ſenatus iudicium allegantes.Locum hunc Cicero con
futat egregie oſtendens ſenatum conditionaliter iudicaſſe:&
per eundem locum a iudicato demonſtrat quod tunc ꝛc. Iudi-
cauit per furorem populi iudicaſſe cum fuerit poſtea reciſum
& uoluntati populi quod fecit repudiatum.
Eſt etiam reliqua permagna auctoritas ꝛc.Quia īter cętera iu-
dicata Ciceronis ipſius afferebať auctoritas contra cluentiu;
obiectionem illam Cicero:ut uides conuellit egregie.
Nunc quoniam ad omnia quę ab ſe dicta ſunt.poſtq̃ Cicero
maiora & inuidioſiora ſuperius magna arte & incredibili pur
gauit induſtria:hic(ut ait Martianꝰ)coniecturę partibus expe
ditę ad per ſcriptionem legis ac ceſitor ordine:uidelicet com-
mutatorię ſi cluentium legis aſſertōne defenderet: fugere cau
ſam diffidentia uideretur.Itaq; ne uideatur cluentius non cā
& re:ſed lege confidere cauſam ex lege.ſic agit hic Cicero ut
uideať non agere ex opinione cluentij ut ait Quintilianus li°
quarto de pertione. quędam interim nos & uitis ligatoribus

ſimulandum eſt dicere: ꝙ Cicero pro cluentio facit contra iu
diciariam legem ꝛc. Sed uidendu; in qua cauſę cōſtitutiōe uer
ſatur hęc pats:& cum agatur hęc quęſtio ex ſententia legis &
ſcripto:quia aduerſarij uelint legis ſententiam trahere ad oīs
ciues romanos.Cicero uero perſiſtat in ſcripto legis quę loqť
ſolu; de hominibus ordinis ſenatorij:ut apparet in textu ora-
tionis:dicendum ꝙ conſtitutio eſt legitima ex ſcripto & ſen-
tentia.itaque uideamus:ut hic Cicero cauſam confirmauit ex
locis conſtitutionis illius fieri docet in arte.ꝑmo enim oſten-
ſo ꝙ non ſecundum opinionem. T.Acci cauſam eget ex lege
ſed ex re ipſa:& ꝙ hoc fecit uoluntate cluentij:qui non uelit le
ge defendi:adducit locum illum communem a ſcripto dicen
dum iudicium ſi in ea ciuitate quę legibus tueatur diſtendi a
legibus .de hinc locu; hunc multa ratione:& exemplo corro-
borat.Deinde ut debet ex arte utitur illa crebra legis recitatōe
& ſententiam legis repetit:& oſtendit id ꝙ ſcriptum eſt dilu-
cide brebiter commode & perfecte ſcriptu; eē:nec alligare clu
entium.Deinde oſtendit ꝙ periculoſum ſit:& indignum a le
Multi īpudentes illr̃ati leues.ꝛc. articulus eſt.
Tribuo illis lr̃as: do multarū artiū diſciplinā.ꝛc. diſſolutū ē.
Oēs ſe ſpoliatos uexatos fortunis uerſos.ꝛc. articulus ē.
Ad id ſe parat nihil curat aliud.ꝛc. diſſolutū ē.
Vinci refelli coargui.ꝛc. articulus ē.
Comitatū dico īmo quātus exercitus.ꝛc. correctio ē.
Auctoritatē gratiā copias opes.ꝛc. articulus ē.
Illa uetus quę quōdam opibus imperio gloria.ꝛc. articulus ē.
Tum bella inutilia ſuſcipiebāt.ꝛc. hic ē repetitio.
Adoleſcens bonus honeſto loco natus.ꝛc. articulus ē.
Venit in oppidum gręcorum.ꝛc. diſſolutum ē.
Audire temeritatē uulgi audire.ꝛc. repetitio ē.
Duę rōnes conficiēdę pecunię.ꝛc. diuiſio ē.
Vna ſedent ex accuſatorū ſubſelliis ſurgūt.ꝛc. diſſolutū ē.
Bene teſtem interrogauit.ꝛc. Diſſolutum ē.
Hi uiuūt cum inimicis.ꝛc. diſſolutum ē.
Confeſſoribus cōuiuiis cōtubernalibus.ꝛc. articulus ē.
Nihil religione teſtatū.ꝛc. hic ē repetitio.
Oīa corrupta libidine iracūdia ſtudio ꝑcio ꝑiurio.ꝛc. articul⁹ ē.
Claſſes ꝑdonum urbis portas.ꝛc. articulus eſt.

Suſtulit pacē maritima ſumma uirtute atq; incredibili celeritate confecit.ꝛc.diſſolutū ē.
Omnis ſinus promōtoria littora.ꝛc. articulus ē.
Aliud uidit extimauit quocūq; tpe.ꝛc.diſſolutū ē.
Sed qm̄ de totius cōis aſię.ꝛc.tranſitio ē.
Vnus aſclipiades fortuna egens.ꝛc.articulus ē.
Teſtarer publicanos excitarē negociatores.ꝛc.diſſolutū ē.
Si prętor dedit ut ē ſcriptū a quęſtore numerauit.ꝛc. gradatio ē.
Quęrit̃ grauis locuples ornata.ꝛc.articulus ē.
Nobiſcū ē confitendum ſi conſiliis principū.ꝛc.diuiſio ē.
Vtrū uultis pr̄is flacco licuiſſe:nec ne ſi licuit.ꝛc.diuiſio ē.
Vnde humanitas doctrina religio.ꝛc. articulus ē.
Et eorū eadē terra parēs altrix patria.ꝛc.articulus ē.
In hominū leuitates incōſtantiā cupiditatē.ꝛc. articulus ē.
Qm̄ quidē furtu; nuſq̄ reprehendis.ꝛc. diſſolutū ē.
Affers faciem nouā nomē uetus.ꝛc.articulus ē.
Cur nō pergami ſmirne tralibus.ꝛc.articulus ē.
Otiū te delectat lites turbę.ꝛc.diſſolutū ē.itē articulus.
Amintbus ē genere honore extimatione.ꝛc.articulus ē.
Sciūt hoc oēs nobiles.ꝛc.repetitio ē.Itē diſſolutū.
Reſtituat uxorē reddat miſero patri filiā.ꝛc.diſſolutū ē.
Filiam filiā inquā erūnoſo patri.ꝛc. cōduplicatio ē.
Sed quęro uſu coemptione uſu nō potuit.ꝛc.diuiſio ē.
Litem⁹ igit̃ Lentulo parētem⁹ Cethego.ꝛc. diſſolutū ē.
Harū rerū auctores duces principes.ꝛc.articulus ē.ꝛc.
Vis abſit ferrū ac lapides remoueant̃.ꝛc.diſſolutū ē.
O dii īmortales quid hoc miſerius.ꝛc.exclamatio ē.
M.aquilium pr̄es nr̄i.ꝛc.exēplū ē. aliqua quę ſequūt̃.
Dabit̃ de ducibus auctoribuſq; cōſeruāde ciuitatis.ꝛc.repetitio.
O nox illa quę pene ęternas.ꝛc. hic ē exclamatio.
Tu tn̄ flacce ꝑtor cōis exicii nūcios.ꝛc.repetitio ē.
O nonę ille decēbris.ꝛc.exclamatio ē.ſilr̄ paꝝ infra O nox.ꝛc.
Miſeremini familię iudices: miſeremini fortiſſimi pr̄is: miſeremini filii.ꝛc. hic ē color repetitio.

Explicit pro.L.Flacco.

Xiconis Polentoni argumenta ſuper aliquot orationibus & īuectiuis Ciceronis: ad Iacobū de aluarotis legū doctore Patauiū clarum incipiunt.

QVoniam longitudo ſcripturę ſtudioſi etiam īgenium perfatigat:ut in fine aliquādo quod in principio uiderit ſit oblitus. placuit ad tironū uſum argumenta conſtruere ſuper nōnullis orationib⁹ & inuectiuis Ciceronis: cum Antonius luſcus uicentinus orator illuſtris ſuper undecim iam ſcripſiſſet. gen⁹ pręterea conſtitutionē & diſpoſitionem oſtendere non abnegauerī ea potuiſſe ac debuiſſe:tum ad artem:tum ad hyſtoriam explicatius dilatari.ſed me certa ſic artauit occaſio de maximis pauca tetigerim:& ueluti pictor qui anguſta tabella amplitudinem orbis oſtendat imaginem grandis rei ſolo prauo ſignauerī : quare ſtatueram hęc ipſa ceu plebeia:ſine principio:ſine nomine exhibere uerum quia fuiſſe audio quos nō pudeat aliena cōmentaria ſuo nomini arrogare non perpendentes ſe nimiū: atq; nimiū auidos glorię multo plus infamię apud peritos homines q̈ laudis apud ignaros adoleſcētulos promereri. Ipſe mihi cōſului ſub aliquo exordio tibi cui⁹ ſtudium nō minus oratoris q̈ forenſibus delectatur hęc:licet forte minus integra uideantur dedicare:Subriderem equidem & ad iocoſam laudem procul dubio reputarem ſi quiſq̄ ex his qui lato clauo promiſſo caputeo tuberoſis genis tumefacti ſe maximos rhetores ambiūt appellari : aliqua mea ueluti a ſe perfecta in publicum ſeminarent. Tu uero compater optīe frueris argumētis iſtis:& ea qualiacunq; ſint habebis a me non a quoquā alio emanaſſe.

Argumentum ſuper oratōne qua Tullius reuocatus ab exilio ſenatui Romano gratias egit:quę incipit.ſi patres conſcripti.ꝛc.

RHetoricorum princeps Marcus Tullius Cicero Arpino exopido oriūdus Romam urbem tum orbem habena imperii unici continētem ſeſe contulit. In qua urbe q̈q̄ aduena & huīlis genere haberet̃:ad maximos tn̄ magiſtratus & honores aſcendit.Cū aūt ſuſurreret̃ plurimū de coniuratōne Catelinę quā fuluia mulier(ut teſtat̃ ſaluſtius)inhoneſta: ſ; utilis romano po.ob

Gratiar actio ob exiliū a quo reuo

inſolentiā curii concubinarii ſui propallauerat populus romanꝰ
accenſus eſt ad conſulatū mandādū Marco Tullio Ciceroni.nā
antea nobilitas extuabat & quaſi pollui conſulatū credebat ſi q̃
uix egregius homo nouus adeptus foret:ſed ubi tantę cōiuratio
nis periculum aduenit:poſtpōſitis īuidia atqꝫ ſupbia creati ſunt
conſules.M.Tullius.&.G.Antonius.erat enim tum conſulatus
dignitas in urbe maximus magiſtratus:at collegam ſuū antoniū
nequid contra rempublicam ſentiret pactione prouīcia pepulit.
prudenti itaqꝫ diligentia ſua Cicero Catelinam expulit.expulſuꝫ
deleuit.cōiurationis principes lentulum qui pīcius & clariſſima
gente cornelia conſulare ad ipſum imperiū quo nūc Cicero emi
nebat habuerat:tum uero prętor erat:ac Cethegum ſtatilium ga
binium ceparium carcerauit.carceratis demum per indices rerum
capitalium laqueo gulam fregit:quibus tantis uiris nobiliſſimis
infami morte ſublatis ea res q̃q̃ rempublicā liberaſſet: Ciceroni
tamen multas & maximas conflauit. nam finito conſulatus offi
cio auctoribꝰ.P.Clodio Ceſonio Caluētio.Gabino.L.piſone
& aliis qui tum reipublicę reſidebāt cicero in exilium datur:bo
na eius publice diripiuntur:domus eius diruitur. dirupta in reli-
gionis porticum ſub libertatis ſimulachro cōſecratur. Expecte
bant enī ab eo Catelinam Cethegum & reliquos ueluti quos ipe
odio non iure necaſſet promulgauerāt ꝙ nūquā Cicero ad patri
am rediret niſi prius illi quos tam crudeliter(ut agebant) necaue
rat reuiuiſcerēt:uolentes eum perpetuo exulare:cum impoſſibile
homini humano ſit a mortuis reſurgere.uerū & illorum crudeli
& iniquo magiſtratu exacto Cicero multo maiori honore & lę
titia reuocatus eſt q̃ dedecore & dolore pulſus fuerat.quāobrem
ne ingratus tanti beneficii uideretur in pleno ſenatu omnibus in
genere:& ſingulis in ſpecie qui ſalutem ſuam opati fuerant: hac
inſigni oratione gratias refert:innocētiam ſuam perfidiam emu
lorum ſenatus totius populi romani: ac demū uniuſcuiuſqꝫ qui
repatriationi cauſam dederāt beneficium cōmemorans dicit q̃qꝫ
confutādo iniuriis obliuiſci q̃ ulciſci malle cum ſatis ſibi futurū
ſit nō ſolum ad referēdam: ſed ad cōmemorandā gratiā eorū q̃
rū bn̄ficio & uirtute reſtitutꝰ ē. dicit etiā ſe maluiſſe furori cōſu
lis & tribuni plebis emulorū cedē q̃ reſiſtendo piculū ī rep.ponē

Eſt itaqꝫ hęc oratio conſtituta in genere demonſtratiuo cum ui-
tuperet eos a quibus relegatus eſt:& laudet eos a quibus reuoca-
tus eſt.conſtitutio eſt coniecturalis.Diſpoſitio autem non ab ar
tis inſtitutione:ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accomo
data. Primo enim ponit exordium. 2° confirmationem interpo
ſitis aliquibus narratiūculis. Vltimo pouit concluſionē per enu
merationem.

Argumentum orationis quę incipit. quod pręcatus a Ioue opti-
mo maximo.&c.qua Cicero ad quirites ſeu populum romanum
innocētiam ſuam excuſans de reſtitutione ſua in patriam gratias
agit.

Gratiar⁊ actio ob restitutioné

Cicero ſicut in argumēto pręcedentis orōnis qua ad ſenatū
gratiarū actiones cōmemorans quantum ab uniuerſo ſena
tu :quantum a ſingulis pro eius reſtitutione operatum fuerit di-
ctum eſt ſic & in iſta quoqꝫ notabili oratione & diuina pene elo
quentia apud quirites ſeu populum romanū excuſat ſe dicens nō
eius culpa ſed odio damnatum exilio fuiſſe: & ut magis augeat
beneficium : & ut exilium ſibi cōmodum fuiſſe oſtendat: dicit
ꝙ non ſenſerat prius ſicut poſtea ſenſit: q̃ iocundum foret frui
patria fratre cęteriſqꝫ amicis & fortunis ſuis:& ꝙ ītellexit magis
carendo q̃ fruendo quid haberent uoluptatis. quodqꝫ honos di
gnitas: locus:ordo: beneficia. q̃q̃ ſibi ſemper cariſſima uiſa fue
rint:tamē ea nūc remota illuſtriora uidentur q̃ ſi ſublata ſibi ſeu
obſcurata nō fuiſſent.dicit quoqꝫ nedum ſibi ſed nemini fuiſſe
tantam eloquētiam ꝙ magnitudinem multitudinemqꝫ benefici
orum quę ad eum fratrem ſuum & liberos contulerunt: non mo
do augere:aut exornare oratione:ſed enumerare poſſet. comme
morat etiā & auget beneficia p.r.in eius optata reſtitutione:inno
centiam quoqꝫ ſuam oſtendit dicens non exulaſſe reatu ſuo:ſed
quia egerat conſeruādę ciuitatis cauſa quę improbi homines no
luiſſent.quodqꝫ Cicero frater &.G.Piſo gener nō implorauerūt
gratiam a populo pro eo ꝙ exularet aliquo crimine: ſed propria
uirtute auctoritate ſenatus reſtitutꝰ eſt:cum ſibi non fuerit mul
titudo propinquorum: ut fuit P. pompillio: & Quinto Metel
lo:qui tribuniciis rogationibus nulla auctoritate ſenatus reſti-
tuti ſunt: neque ſibi fuerunt armatae uires. ut Gneo Mario : qui

nõ modo non a ſenatu: ſed oppreſſo ſenatu reſtitutus eſt. & ꝙ
ipſe Cicero certare armis cum potuerit noluit: quoniã & uincere
& uinci luctuoſum reipublicę fore putanit. confutat etiam ſeu re
mouet ꝙ de eo timeri poſſet: cum lęſus quiſq; ad uindictam tẽ
dat: dicit certe ſe futurum fidelem ut ſemper fuit atq; nullatenus
uindictam quęſiturũ. hęc igitur oratio eſt in genere demonſtra
tiuo. conſtitutio coniecturalis eſt. diſpoſitio uero non eſt ab ar
tis inſtitutõne profecta: ſed ad caſum temporis oratoris iudicio
accõmodata. Nam primo ponit exordium per quod. quia genꝰ
eſt dubiũ captat beniuolentiam. deinde confirmat. poſtremo cõ
cludit per enumerationem.

De reſtituenda domo

¶ Argumentum ſuper oratione quę incipit. Cum multa diuinitus
qua reſtituendam ſibi domum eiꝰ per clodium conſecratam ad
pontifices perorauit incipit.

DVabus uti ex pręmiſſis orationibꝰ oſtenſum eſt ciceroni
ex eo ꝙ patriam a cõiuratõne Catelinę ſeruauit multi emu
li ſuccreuerũt. inter quos. P. Clodius tribunus plebis: conſenſu
conſulum ei interdixit: ne in ſenatu iret atq; poenam ſtatuit illis
qui ſibi in aliquo ſubuenirent. diripiunt quoq; bona ſua. domũ
autem eiectis uxore & filiis funditus diruit: & ad perpetuę igno
minię memoriam diruptum in porticum ſimulacro deę liberta
tis conſecrauit. Verum Cicero & ſi (ut ait) potuiſſet armis furori
tribunitio reſiſtere: pro cõmodo tamẽ reipublicę ut exul cedere
maluit. tandem cum caritas nedum: ſed fames frumenti iſto P.
Clodio autore orta omnem ciuitatem opprimeret totius populi
concurſu & auctoritate ſenatus Cicero ueluti qui ſumma prudẽ
tia ſemel patriam ſeruauerat: & qui poſſet huic caritati remediũ
inuenire reuocatus eſt: & integre ad ciuilitatem & ad honores re
ſtitutus. In ſenatu autẽ rogatus de annonę grauitate ſententiam
dicere onus huiuſmodi prouiſionis impoſuit. G. Pompeio: qui
ſua integritate annonę prouideret: petiitq; a ſenatu domum ſibi
religionis umbra ſurreptam reſtitui. Porro. P. Clodius contra
obſtabat non debere reſtitui: accuſabatq; eum ꝙ extra ordinem
impoſuiſſet onus annonę. Gn. Pom. ſenatꝰ uero ex ſentẽtia. M.
bibuli delegauit hãc qõnẽ de reſtituẽda domo collegio põtificũ
corã qbꝰ. p. clodius uti ex hꝰ orõnis breuis elicit̃ ꝑus uerba fecit

deinde Cicero hac egregia oratione reſpondit diluendo primũ
obiecta. Deinde oſtendendo ſibi domum debere reſtitui: nec
potuiſſe iure conſecrari: neq; conſecratam eſſe orans pontifices
non patiantur eum quem. P. Clodius & omnes boni cuſtodem
patrię iudicaſſent: pati eandem penam qua afficiũtur reipublicę
euerſores. ſcilicet domum ſuam taliter ſub religione teneri. Hęc
itaq; oratio longa & pene diuinitus exornata in genere iudiciali
conſtituta eſt. nam continet excuſationẽ ſeu defenſionem. Con
ſtitutio autem multiplex eſt: ſed principalis uidetur iudicialis aſ
ſumptiua. interponit etiã ſuſpitiones quaſdam ex conſtitutione
cõiecturali: quare putẽt pontifices domum eius non iure ſed prę
ter inſtituta & odio conſecratam. diſpoſitio eſt non ab inſtituti
one artis profecta ſed ad caſu; tẽporis oratoris iudicio accõmo
data. Primo quidem ponit exordium ſeu inſinuatione;. nam cũ
turpe uideri poſſit domum diis ĩmortalibꝰ conſecratam repeti
& etiã cum auditores uti aduerſarius dixerat ſibi irati uiderẽtur:
& eorum animꝰ eſſet ab aduerſario perſuaſus: utitur inſinuatõe
captans beniuolentiã ne qua pars turpitudinis ſibi obeſſe poſſet
deinde diuidit aperiens in quibus non cõueniat cum aduerſario
exponenſq; res de quibus ſit principaliter dicturus ad purgatio
nem ſui repercutiẽs in aduerſarium obiecta in ſe tandem illã pur
gationem concludit per enumerationẽ. demũ poſt purgationem
uenit ad cauſam principalem de domo ſibi reſtituẽda: oſtẽdens
eam nullo iure ſacratam. & ibi etiam prius diuidit petẽs ueniam
de tam multis dictis extra cauſam & pollicet̃ ſe exinde pauca di
cturũ. poſtremo cõcludit per cõmiſerationem.

¶ Argumẽtum orationis quę incipit. ſi quis iudices. &c. qua Tulliꝰ
M. Celium de beneficio accuſatum coram iudicibus defenſauit
incipit.

Pro. M. Celio

CRiminat̃. M. Celius clare indolis & diſcipulus Ciceronis
per Attratiniũ. L. Herennium & Balbum ꝙ a Clodia: quę
erat ſoror P. Clodii & nupſerat. Q. Metello aurum mutuo ſum
pſiſſet & ei poſtea ne reddere cogeretur uenenũ per licinium pa
raſſet: proptereaq; corrumpere ſtuduiſſet ſeruo clodię ſed cum
id ſerui Clodię reuelaſſent Clodiam ordinaſſe ſeruis: locum
darent Licinio ad balneas Baias: & clam miſiſſe amicos qui

Licinium cũ traderet ſeruis Piſidẽ ueneni in manifeſto delicto comprebenderẽt. at uero dicunt accuſatores licinium amicorum Clodię inſidiis patefactis dimiſſa piſde e manibus aufugiſſe ad probandum crimen adducunt ꝙ M. Celius ſit iuuenis laſciuus: impudicus: ſpetioſus: ſeceſſerit a patre domũ ſibi emerit. fuerit unus ex conſciis cõiurationis Catelinę: uerberauerit ſenatorem uxores aliquorũ de nocte a cena redeuntiũ atraxerit. Erant itaq; accuſatores pro clodia multi ſed infeſtior erat Attratinꝰ: quoniam. M. Celius patrem illius crimine ambitus in iudicium uocauerat unde ſub pietatis ſpecie indixerat. iudices etiã diebꝰ feſtis & laudis banc cauſam audirent. Cõtra uero bas accuſationes cicero. M. Celium familiarẽ & diſcipulum ſuum: & dicẽdi arte peritum defendit bac oratione elegantiſſima: in qua mirabiliter diluit & confutat crimina obiecta per aduerſarios: oſtendens patẽtiſſimis cõiecturis. M. Celium non eſſe reum. demũ contra clodiam ueniens dicens ſibi turpe muliebres inimicitias agere: introducit ueluti ab inferis quendam cecum: qui pro eo loquẽs mulierem obiurget. Exinde introducit etiã fratrem quẽdam minorę ipſius Clodię: qui ab ea quęrat cauſam cur. M. Celium accuſari uoluerit. Excuſat etiã curſum iuuenilis uitę dicens ferẽdum eſſe ſi iuuentus pareat pudicitię ſuę: ſi tamẽ non ſpoliet alienam non effundat patrimoniũ: non inferat obprobria caſtis labem ĩtegris infamiã bonis ſi poſitio aliquem interimat ſi non interſit inſidiis ſi careat ſcelere ſi reuocet ſe aliquãdo ad curas rei domeſticę: & rei forenſis uti fecit. M. Celius cui ineſt ratio bonis artibus inſtituta: & cura ac uigiliis elaborata. Oratio equidem iſta ẽ in iudiciali genere conſtituta. nam continet defenſionem. Conſtitutio eſt cõiecturalis. Diſpoſitio autẽ eſt non ab inſtitutione artis profecta: ſed ad cauſam temporis oratoris iudicio accomodata Primo ſiquidem ponit exordium per quod cum cauſę genꝰ boneſtum ſit multum nititur circa ea quę in exordiis requiri ſolent Deinde utitur diuiſione. deinde confutat quę ad cauſam faciũt in ſpeciali de auro ſumpto & ueneno parato. inferit etiã narrationem breuem: ſimplicem: dilucidam: per quã exponit cũ attenuatione accuſationem. demum uenit ad concluſionẽ: ſed finis deeſſe uidetur.

// præmium

Pro Cornelio balbo gaditano

Argumentũ ſuper orone quę ĩcipit. Si auctoritates patronoꝝ. ꝛc. quã Cicero pro. L. Cornelio gaditano de illegitima ciuilitate accuſato ad iudices babuit. Incipit.

L. Cornelius gaditanꝰ
Cn. Pompeius
C. Cæſar

Lutius Cornelius biſpanus gente gaditanꝰ patria uir armis & fide probatus in primum uirtutis a Gneo Pompeio imperatore ſeu conſule romano ciuilitate urbis donatus. & a G. Cęſare pręfectus fabrũ creatus ſuerum glorię ipſius & bonoris emuli nõnulli effecti ſunt: unde accuſatꝰ eſt iudicibus ꝙ nactus ciuilitatem fuerit contra leges & federa. dicit tamen accuſator Gneũ Pompeium donaſſe eum non ſcienter ſed ignorãter cum neſciuerit id legibus probiberi. At uero defenſores eius fuerunt Gn. Pompeius ueluti qui amicus patronꝰ largitor fuiſſet & M. Craſſus amiciſſimus ſibi: ac demum. M. Cicero qui eum bac elegantiſſima oratione defendit oſtendens Gn. Pompeium ſciuiſſe leges: & ei licuiſſe donare & leges non obſtare. ꝛc. Eſt itaq; bec oratio principaliter in iudiciali genere conſtituta. incidit tamen etiã genus demonſtratiuũ cum Gneũ Pompeium & Lutium Cornelium laudet. poſſet etiam dici ꝙ incidat genus deliberatiuũ cum dicat. L. Cornelio inimicari multos non propter. L. cornelium ſed quia amicus ipſius Ciceronis ſit: & ſuper eo conſulat prouidendum. Conſtitutio autem eſt iuridicialis abſoluta cum dicat iure donatum. Eſt etiã aſſumptiua per remotionem criminis: cũ dicat a gneo pompeio donatum. Eſt item legitima ex ſcripto & ſentẽtia cum de interpretatore legum agat. intercurrit cauſe conſtitutio coniecturalis cum oſtendere nitatur eum accuſari odio & inuidia nõ per proprios ſuos ſed per amicorum ſuorum emulos. Diſpoſitio uero eſt non ab artis inſtitutõne profecta ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accõmodata. Primo enĩ exorditur. Secũdo diuidit. Tertio confirmat iure donatũ. Quarto intermiſſa etiam captatione beniuolentię & diuiſione confutat aduerſarii ĩterpretatõnẽ legũ. demũ concludit ꝑ cõmiſerationẽ

M. Crassus
M. Cicero
Concurrit iudiciale genus cũ demonſtratiue

Argumẽtũ ſuꝑ oratione quę incipit beſterno die. quã Tullius reſponſi ĩterpretationẽ factam ꝑ P. Clodium falſam fore ſed periculum reipu. pręmõſtrare oſtendit.

De Reſpõſis aruſpicũ

P. Clodius
Piſo
Gabinius
Coſſ.

hIc ille P. Clodius qui tribunus plebis conſenſu Piſonis & Gabini conſulu: ut ex pręcedẽtibus argumẽtis & oronibꝰ

prẽmonſtratur Ciceroni ſenatum & cõmunionẽ ciuium interdi
xerat: bona eius uxorem & filiis excluſis diripuerat: domum di-
ruerat: diruptam in porticum deę libertatis cõſecrarat: & ne reſti
tueretur: neq; reedificaretur quãtum potuit obſtiterat. cũ ſenatꝰ
auctoritate conſenſu populi Cicero reſtitutus foret: & eius do-
mum liberam fore ab omni religione pontifices iudicaſſent con
tentionem habuit in qua dixit ſtrepitum cum fremitu in agro la
tino auditum eſſe: quem ex reſtitutõne conſecratę domus religi
onem uiolatam ſignificare ex aruſpicum reſponſo dicebat: quę
ſtus quoq; multum ẽ religionem taliter pollutã reſtitutione illꝰ
domus quam ipſe propriis manibus conſecraſſet. Demum etiã
frequenti ſenatu qui equitibus romanis dabatur impedire cauſã
publicanorum uoluit: & minatus ẽ tacita uoce ciceroni: quare ex
curia eiectus fuit. uerum quia eiectione iſta nõnulli arbitrabãtur
Ciceronem uehemẽtius ꝗ ſapienti homini conuenire elatum: &
aduerſus illum inimicum ſuum nimium iratum fore. Cicero ad
excuſationem ſui & ad accuſationẽ emuli hanc elegantiſſimã &
ornatiſſimã orationem recte Tulliana eloquẽtia confertam ad
ſenatum habuit per quam dicit ſe iratum duobꝰ. ſcilicet Piſoni
& Gabino: qui cõſules eum quem defendere debuiſſent arbitrio
& furori emuli prodiderunt. non autẽ ſe iratum P. Clodio cum
ipſum puniendum dimittat Tito Annio: cui deuota & conſtitu
ta hoſtia ipſe Clodius uideatur. Nititur quoq; oſtendere ꝗ ridi-
culoſa fuerit illa contio in qua is de uiolata religione cõqueſtus
ſit qui uiolator religionis & impudicę uitę ſemper fuerit. Nitiẽ
quoq; oſtendere illum ſtrepitum nõ ſignificare uiolationem reli
gionis ſed prẽmonſtrare mutationem ſtatus ex diſcordia optĩa
tum & ita aruſpices reſpondiſſe: eamq; cõmutationem timendã
eſſe ob ſceleratam mentem. P. Clodii: & propterea conſulit pro
uidendum eſſe ne ſtatus reipublicę cõmutetur: & conſtituendas
eſſe diis procurationes & obſecratõnes: quẽadmodum ex reſpõ
ſis aruſpicum monẽtur. hęc quidem oratio eſt in genere delibe-
ratiuo. Conſtitutio ẽ legitĩa ex cõtrouerſia ſcripti & ſentẽtię. ſ.
reſponſi aruſpicum. Eſt etiã conſtitutio coniecturalis. Diſpoſi
tio eſt nõ ab artis inſtitutione profecta: ſed ad caſum temporis
oratoris iudicio accõmodata. Primo enĩ exordiẽ. Deĩde narrat

Piſo
Gabinius
P. clodiꝰ
T. Anniꝰ

Tertio confirmat primã partẽ intẽtionis ſuę. poſtea ſecũdã. de
mũ concludit per amplificationẽ.

¶ Argumẽtũ ſup orõne quę incipit. Si qñ inimicorũ. &c. quam
Tullius pro ſeipſo in exiliũ cedẽte metu. P. Clodii ad ſenatũ &
milites habuit. Incipit.

CIceroni tum quia nouus homo & alienigina uirtutum me
ritis & ciuilitatẽ & ad ſummos magiſtratus aſcenderat: tũ
quia in conſulatu ſuo extinxerat flammã ꝗ reipublicę ex coniu-
ratione Catelinę uehementiſſime imminebat multi odio & inui
dia inimici conflati ſunt. quorũ acerrimus. P. Clodius fuit. Hic
nanq; & cõmunionem & ſenatum interdixit ſibi: ita (ut ipſe ait)
nõ accuſatus ſine iudice: ſine teſte. ſine crimine: ab emulo pulſus
ſit. Quare iſta elegantiſſima oratõne populi romani animos ni-
titur cõcitare ad comprimẽdum furorem P. Clodii tribuni ple
bis: qui non modo ad ipſius Ciceronis ſed ad totius reipublicę
perniciem talia permolitur. dicit tamen ſe cedere malle omnium
ſalutis cauſa ꝗ manus conferant: inter eos erat quoq; & deos im
mortales & ſenatum & equites ei qui ſua uirtute rempublicã ſal
uam fecit auxilio ſint: & eius liberos & neceſſarios recipiãt & de
fendant. Sunt tamen qui hanc orationẽ Tullianam eloquentiam
non ſapere ſuſpicentur. Verũ quicũq; fuerit auctor ipſa in gene
re deliberatiuo conſtituta eſt. Conſtitutio ẽ cõiecturalis. Diſpo
ſitio uero ẽ non ab artis inſtitutione profecta: ſed ad caſum tpis
oratoris iudicio accõmodata. Primũ ſiquidẽ exordiẽ in gñe ho
neſto. Secũdo confirmat ĩtermixta etiã aliqua confutatione. De
mũ concludit per cõmiſerationem.

¶ Argumẽtũ ſup orõne quę incipit. Si qs ante iudices. &c. Qua
Cicero defendit corã iudicibus P. Sextium de ſeditione per P.
Clodium accuſatũ. Incipit.

PVblius Clodius qui tribunꝰ plebis homo: ut uult Cicero
facinoroſus permittẽtibus. L. Piſone & Gabino cõſulibꝰ
quorũ alter negligens & lautius: alter horridus & ſimulatus erat
omnẽ ſtatum reipublicę peruertit: cũ bonis ciuibus qui plurimũ
poſſent noua ſed falſa crimina dietim opponeret. in Ciceronem
etiã cõtra fidem datã Gn. Pompeio tandẽ exarſit omniq; diru-
pta domo direptis bonis excluſis uxore & filiis ciuitate pepulit

Quando abijt ex ur
be exul.

Pro. P. Sextio

P. Clodius
L. Piſo — Coſſ.
Gabinius
Cn. Pompeius

Pompei)
P. Clodius
Clodius consiliu init occidendi pompeij
P. Lentulꝰ
Repatriaret
L. Cotta
Milo
P. Sextius
C. Cæsar
Castoris tepli
M. Crassus
Q. Fabrici
P. Sextiꝰ
Hortensiꝰ

cum eius furore; ſi uoluiſſet Cicero reprimere potuiſſet.his mo
tus Gn.Pompeiꝰ:qui uirtute ſua imperium populi Romani or
bis terrarum terminus diffiniſſet ſenatū habuit:quem ſua aucto
ritate rogauit decernereť ꝙ Cicero remaneret. Quare P.Clodiꝰ
conſilium iniit interficiendi Pompei.patefacto autem conſilio
Gneus Pompeiꝰ tādiu incluſus domi fuit:tandem ſuffiagio P.
Lentuli.L.Cotte Milonis & aliorum bonorū uirorum referenti
bus acto tribunis decretum eſt Cicero repatriaret pro cuiꝰ ſalute
miſſus eſt P.Sextius ad Gneū Cęſarem tunc in Gallia bella gerē
tem.Nam.P.Clodius ſeminauerat hoc ſe facere conſenſu Gnei
C. Cęſaris Pompei:&.M.Craſſi. Cū autē dies conſilii habendi ue
niſſet &.P.Clodius in iſtos arma paraſſet.Q.Fabricius amicꝰ
Ciceronis & P.Sextius qui etiā tribunꝰ plebis erat aggregata ma
nu ſeruorū multa nocte taciti Caſtoris templum occupauerūt &
ibi aduerſariorum conſilia ſcrutabantur.At P.Clodius pręoccu
patis foro & curia in amicos Ciceronis impetū fecit:ibi occiſis
uulneratiſꝗ; multis P.Sextiꝰ adeo uulneratus eſt ut pro mortuo
relictus in templo uix euaſerit.pręterea accuſauerūt Clodiani P.
Sextium & Milonē quos prius defendit Hortenſius:qui ſua ora
tione crimina diluit. demum Cicero hāc orationē pro eis ad iu
dices habuit. Quę oratio eſt in genere iudiciali conſtituta. Inci
dit tamen genus demonſtratiuū. Conſtitutio eſt coniecturalis.
Diſpoſitio ē nō ab artis inſtitutione profecta: ſed ad caſum tpis
oratoris iudicio accomodata.

In Vatiniū testē

¶ Argumētū orōnis quę īcipit.Si tua tantūmō uatinii ꝛc. quā
Cicero cōtra uatiniū falſo teſtificatū habuit. Incipit.

GEntis Romanę origine ſ; nō uitę integritate Vatinius col
loquium cum albino uanno:& T.Claudio habuit eis con
ſilium dedit accuſarent.P.Sextium.T.Cornelium & T.Anniū
ꝙ ad tutelam Ciceronis nocte amicorū & ſeruorum manu colle
cta in templo caſtoris impetū feciſſent in P Clodium tri. plebis
cuiꝰ odio Cicero exulauerat nec obſtante ꝙ patrocinator in con
ſulendo accuſatoribus fuiſſet & teſtis aductus calcato ueritatis
dicende iuramēto negauit ſe conſuluiſſe & colloquiū habuiſſe
Pręterea qm̄ Cicero accuſatos defenderat:Vatiniꝰ maledicebat
Ciceronem ꝙ tyrannice quodāmodo uiueret nitereť ꝙ potentia

opprimere bonos ciues dicēs multum diſplicuiſſe bonis accuſa
tos per Ciceronē fuiſſe defenſos:pluraꝗ; alia diſſeminabat Vati
nius in Ciceronē in odium ciuitatis induceret. Cicero autem co
ram.L.Lentulo flamine Marciali iudice hac elegantiſſima orati
one oſtendit Vatinium conſultum conſcium inſtructorem &
ſubornatorem accuſantium periurūꝗ; fuiſſe : ſe uero defendiſſe
amicos iure & conſenſu bonorum ciuiū a quibus potiſſime im-
pellitur.hanc orationem habere ad frangendam audaciam & re-
tardandam loquacitatem uatinii:licet ex ſentētia ſua ſtatuiſſe ſi
lentio pręterire cum uatinii uitę turpiſſime qualitas non mereret
talem reſponſorem habere. Aperit quoꝗ; ꝗ̄ ambitioſus ſit uatini
us poſtulando ſe prętorem fieri: ꝗ̄ audax in conuocādo cōſiliū
contra leges:ꝗ̄ nepharius in magiſtratu:& quatenus ipſu; in odiū
audientis īducat:& nomen tyranni oſtendat: non ſibi ſed Vati
nio conuenire. Memorat hunc uatinium opprimere uoluiſſe ue
ctii iudicio ipſum iudicem.L.Lentulum:necnō L.Paulum ipſū
Tullium Gayum Piſonem generum ſuum.M. Laterenſem. de
mum ne ueſtigium corrupti iudicii appareret occidiſſe Vectiu;
Meminit quoꝗ; quę in.Q. Arii epulo fecerit. Ite; ꝙ pręter urbis
morem legatum ſe fecerit geſtum legati iniuſſu ſenatus aſſum-
pſerit. ꝙ leges latas ab aliis ꝗ̄ a ſe non putet. ꝙ dicat ſe auxilio
Cęſaris amici ſui omnia etiā inuitis diis & hominibus conſecu
turum.ꝙ ſeipſum hac opinione decipiat cum īterrogatus Cęſar
apud aquilegiam quid de quorūdam magiſtratu ſentiret: de ua
tinio dixerit uatinium gratis nihil feciſſe:cum omnia in pecunia
poſuiſſet:& propterea amore carere debere. Iſta igiť oratio licet
uideatur eſſe in genere iudiciali magis uidetur in genere demon
ſtratiuo uerſari. Conſtitutio equidem cōiecturalis eſt. Diſpoſi
tio autem eſt non ab artis inſtitutione profecta:ſed ad caſum tē
poris oratoris iudicio accomodata. Exorditur enim primo. Se
cundo narrat. Tertio unūquodꝗ; in ſe obiectum particulariter
confutat & diluit: atꝗ; eadem omnia repercutit & confirmat in
Vatiniū eſſe. Vltimo uero prępoſita amplificatione concludit
per enumerationem.

¶ Argumētum orationis quę incipit.Si quis ueſtrum.P.C.ꝛc. De sortiendis prouintijs
quā Cicero dicere ſententiam rogatus de ſortiendis prouintiis

babuit ad ſenatum.

IN decernẽdis prouintiis cum Romano in ſenatu diuerſę
ſententię baberentur rogatus Cicero ſentẽ;iam dicere con
ſuluit remouendos eſſe. L. Piſonem: Gabinum: & Ceſoniũ cal
uentium: qui conſulari imperio Syrię & Macedonię prę̄ſidebãt
G. autem Cęſari imperium in Gallos propagandum. Nã ut ipſe
ait illorum auaritia turbati Barbari prouĩtias populabant: adeo
ut Bizantii poſiti in gremio romani imperii oppidum relĩquere
arcem munire cogerentur: acq; ſpoliati a conſulibus populi etia;
ſupmiſſa in imberna exercitu & miniſtris ſcelerum grauarentur:
adeo ut. C. Caluentius niſi Virgilius legatus uir bonus & inno
cens obuiaſſet etiã inſignia e templis omnia diu ſanctiſſime cu
ſtodia abſtuliſſet. propterea ſenatus eorum litteris indicantibus
res per eos bene geſtas non credi ſtatuiſſet: probibuiſſetq; ſuppli
cationes pro eis fieri. Nam & exercitus omnis uix ad unum uſq;
eorum culpa delectus fuerat. Illas itaq; prouĩtias deĩceps guber-
nari prętores conſulit: & imperium illis minime propagari cũ ex
interpoſitione temporis ciuium calamitas ſotiorũ erumna ſcele
ratiſſimorum bominũ impunitas propagetur: Ac uero Cęſar gẽ
tes gallicas quas priores imperatores reprimere potiuſq̃ domare
ſtuduerĩt: bello uix perfecto ſub ditione romana poſuerit. nam
ſubactis cęteris gentibus bęc una gens reſtabat pręterq̃ ab occea
no uſq; ad ultimum pontum omnia tanq̃ unum aliquem portũ
tutum & clauſum romanus populus poſſidebat. pręterea pericu
loſum reipublicę ſi Cęſari bellum Gallicum conſumare uolenti
ſucceſſor quiſpiam mitterenur. quĩimo ſi redire uellet cogendũ
fore meritumq; tum dicit bonoribus quibus ipſius ſentẽtia ſena
tus munierat ſupplicatione. uidelicet quĩdecim dierum dandum
item illi ſtipendiũ quo exercitum tenere poſſit. uerum ne qnẽq̃ ĩ
admirationẽ ducat ꝙ illos remouẽdos bunc confirmandũ dixe
rit explicat ſe id rõne reipublicę dicere. non aũt ob cauſas amici
tię uel odii quas aũt cũ illis aut cũ iſto gerat. Huiꝰ itaq; orõnis li
cet genus demõſtratiuum ex laude & uituꝑatione uideať in eſſe
tamẽ principalius deliberatiuũ eſſe. Cõſtitutio cõiecturalis. Diſ
poſitio nõ ab artis inſtitutione profecta ſed ad caſum tp̄is orato
ris iudicio accomodata. Nã ꝓ exordiť in gñe dubio. 2° diuidit

Tertio cõfutando aduerſariorũ ſentẽtiã confirmat & concludit
illos ex Syria & Macedonia reuocãdos. Deĩde cõfutat opinionẽ
dicentiũ Galliã aut ulteriorẽ aut citeriorẽ cũ Syria cõiũgendã: ut
Cęſari prouĩtia tollereť: & confirmat ei propagãdũ ĩperiũ & dã
dum ſtipendiũ ut bellũ ĩcoeptũ ꝑficiat: Demũ explicans quã ora
tionẽ amicitię & odii bẽat cõfutãdo cõcludit ꝑ amplificationẽ.

Argumẽtũ ſup quatuor ĩuectiuis quarũ prima incipit. Quo
uſq; tãde; abutere Catelina. &c. quas Cicero tum populi romani
conſul cõtra Catelinam in rempublicã conſpirantem babuit. In Catilinam

LVtius Catelina teſte Saluſtio Criſpo qui coniurationẽ bꝰ
modi ſcripſit nobili gñe natus fuit magna ui animi & cor
poris: ſed ĩgenio malo prauoq; buic ab adoleſcẽtia bella ĩteſtina
rapinę cędes diſcordia ciuilis grata fuere: ibiq; iuuẽtutẽ exercuit
corpus patiẽs inedię algoris uigilię fuit ſupra q̃ credibile ẽ: Ani-
mus audax ſubdolus uariꝰ cꝰlibet rei ſimulator ac diſſimulator
alieni appetẽs ſui ꝓfuſus ardẽs cupiditatibꝰ ſatis eloquẽtię ſapi
entię parũ uaſtus animus: ĩmoderata uel ĩcredibilia & nimis alta
ſemꝑ cupiebat. bũc pꝰ dñationẽ. L. Syllę libido maxĩa ĩuaſerat r.
p. capiendę neq; id qbus modis aſſequereť dũ ſibi regnũ pararet
quicq̃ penſi bẽbat. Agitabať magis atq; magis animus ĩdieſq; fe
rox ĩopia familiaris rei ſcelerũ conſcĩa quę utraq; bis artibꝰ auxe
rat: quas ſupra memoraui. ĩcitabãt eũ ꝑterea corrupti mores ciui
tatis quos peſſima ac diuerſa mala ĩter ſe luxuria atq; auaricia ue
xabãt. corrupta nãq; in ciuitate ratus ẽ id qđ facillimũ factu erat
omniũ flagitioſorum atq; facinoroſorum circũ ſe tanq̃ ſtipato
rũ cateruas bř̃e. bis amicis ſotiiſq; confiſus opprimẽdę reipu. cõ
ſilium cępit. ad boc quietis rebus ipſi conſulatũ petendi magna
ſpes fuit: ſed pecuniarũ repetundarum probibitus reus cõiurauit
de arripiendo dominiũ qđ fuluia nobilis mulier inſolentia. Q.
Curii cõſotii cognitũ propalauit quo accenſis patrũ ſtudiis. M.
Tullius. Gn. Antoniꝰ cõſules declaranť. At Tullius cui urbs eue
nerat ad euitãdũ illiꝰ dolos & aſtutias & ꝑquirẽdũ illius cõſilia
uigilauit tãdẽ manifeſta re apud. P. C. publico ĩ ſenatu in Cateli
nã p̃ñtẽ ĩuebit monetq; ut ex p̃ria ĩuectiua liquet urbe diſcedat.
Inde per ſecundam ĩuectiuam milites ſeu quirites in Catelinam
bortatur: monetq; ſiqui ſunt coniurationis complices babeãt. ad

quirites item per tertiam qualiter conſpirationem nouerit mani
feſtat:rogatq; grates agant diis & is dies perpetuo celebretur. De
mum per quartam ſenatum conſuluit quid de cōplicibus captis
agendum. Sunt itaq; hęc quatuor inuectiuę in genere demōſtra
tiuo inquātum Catelinam uituperat. ſunt etiā in genere delibera
tiuo inquātū conſulit. Conſtitutio uidetur gn̄aliter coniectural'
Diſpoſitio uero ē nō ab artis inſtitutione profecta: ſed ad caſu;
tp̄is oratoris iudicio accomodata.

¶ Argumentum ſuper conqueſtionibus ſeu inuectiuis habitis
inter Saluſtium & Ciceronem quarum prima incipit. Grauiter &
iniquo animo. ꝛc.

SAluſtius Criſpus illuſtri urbis proſapia ortus adoleſcētiā
litteris dedit iuuētutem armis ſcribendo ocio ſenectutem
fuit eni; prętor Iulii Cęſaris. poſt multa res geſtas populi roma
ni ſcribere ſtatuit:plura ſcripſit ex quibus habetur bellum iugur
tinum. habetur cōſpiratio Catelinę. habetur etiam hęc liuoroſa
conqueſtio contra Marcū Tulliū Ciceronē qui & ſi arpino cam
panię oppidulo ex regione uolſcorum egenis parētibus originē
habuiſſet ſuoru; tamē inopiam litterali ſtudio ſubleuauit. Rhe
toricalis ſcientię prīceps euaſit iuriſcōſult⁹ & philoſoph⁹ claruit
conſul quoq; coniurationem Catelinę qua ignis urbi maximus
īminebat extinxit:quibus ubi amorem fuerat meritus odiū: ubi
beniuolentiā inuidiam:ubi laudes ignominiam:ubi honores ex
ilium:& demum ubi uitam perpetuam mortem crudam ſortit⁹
eſt. Nam inter cęteros glorię ſuę emulos Saluſtius inuidens illū
ſibi honoris gradū pręſtare cui parentem claritate ſanguinis no-
bilitate ſe arbitrabatur merito pręponendum:conqueſtionem ſi
ue inuectiuam hanc habuit: quaten⁹ famam illius cōmiciis deni
graret cui uirtute non poterat ſe adequare. Ad eam igitur Cicero
ne tacendo aut faſſus: aut timidus putaretur per ſubſequentem
conqueſtionem ſiue inuectiuā illi reſpōdit: atq; ardentius quo
eloquentia notior & cauſa forte iuſtior ſibi erat. Cōſtitutę ſunt
itaq; hę conqueſtiones in genere demonſtratiuo cū alterū uterq;
uitupare ſtuduerit. Cōſtitutio equidē cōiecturalis ē. Diſpoſitio
aūt nō ab artis inſtitutione profecta ſed ad caſum tēporis orato
ris iudicio accomodata.

¶ Concluſio operis.

HAbes cōpater optime munus hoc: licet fortaſſe pręſtantię
tuę uideat̄ exiguū:ex omni quidē numero or̄onum Tul
lii quas plurimas fuiſſe auctorū uetuſtorū elegatione compim⁹
dūtaxat uigintiunā priſcorum ſeu odium:ſeu negligentia nobis
poſteris conſeruauit. Argumēta ſiquidē iſta duodecim ſunt: ut
pote duo ſuper ſex īuectiuis in Catilinam:atq; Saluſtium. Reli
qua ſuper x. or̄onibus ad diuerſa. At noſtri tēporis rhetor famo
ſus Antonius Luſcus ſuper xi. iam perſcripſit. Videris id com
mētum etiā gratulabor:ampliſſime quidē & argumēta poſuit &
partes tetigit:& ad digitum colores oſtendit. Has meas ineptias
qui leget irridebit fortaſſe & me quē ignotū alioquin prudentē
cenſabat. hoc iſto uno certior factus dementē dicet:ſed ſic expe
riendū ingenii cupido fecit:atq; neceſſitas ipſa coegit ut hęc iſta
argumenta in eas or̄ones in quas:neq; luſcus:neq; doctus quiſq̄
ſcripſerat pro uiribus amplecterer. Tu alia ſi nō ſatiſfecerint iſta
guſtui tuo gratiora cōpones. Verū hęc ſic a me quātalibet ema
nata licet uti ſi ex ingenti cumulo auri nō omnē quātitatem: ſed
pro loculi capacitate delegerim minus or̄onis proprie ſingulatī
fuerint ante lecta ſtudioſis nouitiis reor intellectū apient:& īgre
dientibus aditum faciliorē oſtendent. Patauii ex ędibus ſolitę
habitationis. M.cccc. xiii.

¶ Xichonis Polentoni argumenta xii. ſuper aliquot inuectiuis
& orationibus Ciceronis ad Iacobum aluerotum iuriſconſultū
Patauinū clarum ſiniunt.

Hieronymus Squarzaficꝰ Alexandrinꝰ. Reuerēdiſſimo
in Chriſto pr̄i d.io Antonio Seracho archyep̄o Corin
thienſi: & Reuerendiſſimi dn̄i patriarchę Venetiarum
uicario Salutē plurimā dicit. Cum ſupioribus diebꝰ humaniſſi
me pr̄ orōnes eloquentiſſimi Ciceronis ꝑcurrerē in illis miū in
modū delectatus ſum ꝙ ꝑter ſententiarū grauitatē: qua ubiq; ꝑ
clariſſimus auctor uſus ē. Tanta īgenii acrimonia: tāta dicendi
copia ac ui: tāta elegantiarū crebritate & robore: tanta animi ma
gnitudine: & tāto ſpiritu res ſuas agit: ut nemo meliꝰ nec p̄clariꝰ
neq; elegātiꝰ facere poſſit. Qđ cū h̄ opus digniſſimū eē ꝑceperī
ſumma cupiditate exarſit animꝰ ad eas cognoſcēdas. Verū illi
nō niſi ab eruditiſſimis iiſdēq; copiis rerū affluētibus hōībus ꝑ
cipi poſſe exiſtimaui: Si cōmētarios quos nōnulli eruditiſſimi
hoīes ediderūt in manibus hr̄e ualerēt. & cū h̄ diu mecū medita
tus eēm doctiſſimū atq; hūaniſſimū uirū Marcū barbū patritiū
Venetū offendi: & ea q̄ mihi eēnt aīo cū eo agitare coepiſſe;. &
poſtq̄ meā opīoe; bonā eē affirmauit. nō te fugit īqt fortaſſe hie
ronyme Antoniū Luſcū clarū uirū cōmētarios in xi. Ciceronis
orōnes luculētiſſime edidiſſe. & Georgiū Trapſuntiū: q nō mi
nus gręcarū lr̄arū q̄ latinarū eruditiſſimꝰ hēat. Qui cū olī in hac
āpliſſima urbe doceret orōnē ſubtiliſſimā ꝓ. Q. Ligario abſo
lutiſſime ē cōmētatus: & ī ea qđē āpliſſime poſuit argumētū &
ꝑtes tetigit: & ad digitū (ut ita dicā) colores oñdit. ſic & Luſcus
in oībꝰ qbꝰ ipſe cōmētatus ē magno cū ſtudio abūdātiſſime oīa
docet. Quos libellos ſi qs diligēter inſpicē uoluerit ꝓcul dubio
& facile uī earū orōnū cognoſcere poſſet. & cū h̄ non ſolū meo
iudicio ſ; etiā ab eruditiſſimo hoīe accepiſſē maxīo ſtudio eos
libros & bꝰdos: & diligēter legēdos curaui. Licet ego & ſi ſępe
alſ uiderī: ſed non diligēter a me lecti minīe fuerāt: ſ; cū utilitatē
quā nūc ſecū afferūt aīo aduertiſſe; conſiliū diligētiſſimi barbi
atq; ſnīa & uera mihi & approbatiſſima uiſa ē. Quare ꝓ utilitate
publica eos ī lucē dare curaui: & ut id aſſeq ualerē ſummoq; ſtu
dio cū Iohāne Coloniēſi mercatore optīo & ſotio ſuo Iohāne
gerrettzē cōtēdi. ut queādmodū oēs cōmētarios iuris cīlis & pō
tificaliū necnō oēs pene totiꝰ linguę latinę libros ſuis īpēſis īpri
mere feciſſent: hos nullo pacto ꝑtermittendos paterentur. Qui
ut ſunt benigni: atq; humani facillime opinioni meę annuerunt.

quođ opus ut ex omni parte magis abſolutum redderē ei duo
decim argumenta Xichi Polentoni ſuorum temporū lr̄atiſſimi
uiri ſimul īſerui. Iis p̄terea codicillis Aſconiū pedianū auctorē
uetuſſimum & a multis auctoribus. & in primis a Plinio celebra
tum nō incōgrue adiunxi qui diuinus auctor q̄uis laceratus fere
totus exiſtat attamen non mediocrem fructum ab ipſo libro ha
bere poſſumus: cum multa in illo cōtineantur: quę alibi inueniri
minime poſſunt. & hercle in principio magis epiſtolę meę q̄ in
fine a me nōminādus erat. Quamobrem deflenda ſunt ſuperio
ra tp̄a: quę adeo magna uel calamitate uel negligentia oppreſſa
erant ut pręclariſſimū auctorem paſſa eſſet perire: & de hoc tam
paruo fragmento habenda eſt magna gratia pręſtantiſſimo ora
tori Poggio Florentino: cuiꝰ diligenti indagatione auctor no
biliſſimus: qui per tot ſęcula in media barbarię ſepultus erat: ma
gno cum labore atq; induſtria erutus eſt. Cum itaq; opus pręſen
tium librorum una cōpegiſſem ad quem potius dirigerē Archie
piſcope inſignis q̄ ad te! qui cotidie ī ſimili arte uerſaris iura red
dendo. Nam quid aliud ij libri pręſtant q̄ ſenſum Ciceronis ora
tionibus enucleare. Et qđ aliud uult in illis Egregius orator Tul
lius q̄ ſuos defendere beniuolos atq; amicos quos ab iniquis ui-
ris oppreſſos eē uidebat. Sic etiā foro tuo cū ad illū pridie ueni
rem facere uidebā. Nam cotidie iuriſcōſulti de rebus maximis
& grauiſſimis ante tribunal tuū diſceptanť. Ex hoc reuerendiſſi
me p̄ſul te potiſſimū delegi: ad quē meā hanc dirigerē epiſtolā:
Cū neminē haberē cui rectius pn̄s opus deſtinare poſſem. Cuiꝰ
ingenii uī optimūq; iudiciū ad cognoſcēdas cauſas perſpexerī
Non itaq; alienū exiſtimaui ab inſtituto tuo hꝰmodi opuſcula
quę de inſtitutione oratoria traduntꝫ ad te legenda mittere. Et ſi
hos meos labores tibi gratos eſſe ſenſero: poſt ut ſpero maiores
a nobis lucubrationes & fortaſſis etiā placidiora ad te mittere cu
rabo. Vale foelix pater optime & me ut ſoles ama. Venetiis ex
ędibus ſolitę habitationis 4°. nonas Iunias. M.cccc.lxxvij.